**Pinax rerum naturalium Britannicarum, continens vegetabilia, animalia, et fossilia, in hac insula reperta inchoatus / Authore Christophoro Merrett.**

**Contributors**

Merret, Christopher, 1614-1695

**Publication/Creation**

Londini : Typis T. Roycroft for C. Pulleyn, 1667.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/sv6nged9

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


MERRET
PINAX.
1667





EBENEZER PALMER,
Bookseller,
18, Paternoster Row,
LONDON, E.C.
ESTD 1819

36527 | A / 1

2/6

Note by Daniel
Lysons [1727-1800]

B iij. 38. D.L. All. S. Coll.
1757
18 B 4066.

# PINAX
## Rerum Naturalium
# BRITANNICARUM,
## CONTINENS
## VEGETABILIA, ANIMALIA,
## ET
## FOSSILIA,
## In hac Inſula reperta inchoatus.

AUTHORE

*Chriſtophoro Merrett*,

Medicinæ Doctore utriuſque Societatis Regiæ Socio primoque Muſæi Harveani Cuſtode.

Μὴ τῷ λόγῳ μοῦνον ἀλλὰ
ἔργῳ δεῖ νομίζεσθαι τοὺς ἰητρούς. Hipp.

*LONDINI*,
Typis *T. Roycroft*, Impenſis *Cave Pulleyn*.
MDCLXVII.

4066

# IMPRIMATUR,

*Tho. Grigg,* R. P. D. *Humfr.* Epiſc. *Lond.* Sacell. Domeſt.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

Ornatiſſimo Viro

# BALDUINO HAMEY

Medicinæ Doctori, Collegii Med. *Lond.* Socio, Electori, Theſaurario, Singularique Beneſactori.

*VIR Clariſsime hiſtoriæ naturalis, medicæque materiam tradituro mos ſæculi ſequendus, nomenq; aliquod illuſtre huic libellulo præfigendum fuit. Cumq; hæc res ad Medicos præcipue ſpectet, ſeligendus erat aliquis ex Collegis (quorum plures ſunt) qui communi litteratorum conſenſu utramq; calleret, inſuperque neceſſitudine haud vulgari mihi conjunctus, Collegis ſingulis charus, propri-*

*iſque dotibus clarus eſſet. Et quod majus eſt, inſignem te præſtitiſti ergà Collegium noſtrum, & ſumme pium erga templa publica Benefactorem. Præterea quod maximi fuit apud me momenti, & ad reipublicæ literariæ utilitatem, ut modeſtiæ tuæ vim inferrem, & amice cogerem ad edendum ea, quæ penes te ſunt Adverſaria doctiſſima; quæ ſummo judicio,& trutina pertexuiſti. Hæc ſunt amiciſſime* Hamæe *quæ me impulerunt, ut nomen tuum huic opuſculo inſcriberem. Is enim es quem carmine propemptico juvenem adhuc celebrare dignatus eſt Egregius poeta, & Philoſophus* Caſpar Barlæus *quem nuncupat*----Battavicæ nomina prima Scholæ

Cui ſua Phillyrides, Amythoniuſque Melampus,

Cui

Cui ſua Pergameus credidit Auſa Senex.
Sacraque præclarus pandit conſulta Machaon,
Et veteres Graium terra recluſit opes.

*Hæc Encomia per totum vitæ curriculum ornare ſategiſti. Quantum in Medicina valueris, teſtantur viri quam plurimi nobiles, & illuſtriſſimæ civium familiæ a te curatæ, & quanta apud ipſos fueris auctoritate innoteſcit omnibus. Adeo ut ad hanc artem non factus, ſed doctiſſimo patre in Moſcorum aula juvenili ætate Archiatro natus eſſe videris. Quid dicam de ſumma tua in Anatome peritia, ingentibuſq; in eam ſumptibus, quam in prælectionibus tuis in Collegio habitis jamdudum demon-*

*ſtraſti. In quibus præclara non pauca, eaque nova, a nemine obſervata detexiſti, imo (quod mirum) quæ in generatione animalium ſagacitatem ſummi* Harvæi *fugerunt. Ad Græcas quoad attinet litteras quantus in his fueris Criticus, norunt omnes qui tecum familiarius verſantur, idque ipſum teſtantur haud vulgares commentarii in ingenioſum at obſcurum poetam Græcum Ariſtophanem. Quos utinam aliquando (deo valetudinem longævitatemq; tribuente) lucem aſpicere dignareris. In latinis litteris quam tenſus, polituſque fueris bene noverunt quam plurimi ex Characteribus eximiis quos in privatum uſum conſcripſiſti de illuſtrioribus hujus ſæculi viris qui diem ſuum obierunt. Inſuperque ex Annalibus Collegii dum*

*Regiſtrarii*

*Regiſtrarii Theſaurariiq; munere functus fueris. Deinceps pietatem tuam cælare piaculum eſt, munificentiamq; in extruenda Eccleſia de* Barking *in qua ſepulta jacent oſſa Patris tui dilectiſſimi, & in Parochiali tua ornanda, & ad reædificandum Templum Divi* Pauli, *vetuſtiſſimi hujus gentis monumenti quibus Centum aliquot libras divino affectu contuliſti. At hæc minuta ſunt præ illis quibus Collegium noſtrum beaſti. Domum noſtram diris temporibus ſub haſta poſitam ante annos aliquot opportune ſolus redemiſti, quam poſtea ſyngrapha nobis ſucceſſoribuſque noſtris ſumma largitate in perpetuum conſignaſti. Ex quo factum eſt ut præclariſſimus* Harvæus *æternum decus noſtrum Muſæum cænaculumq; fundo*

*tuo ſuperſtruxerit quorum utraque ſupellectile, libris, inſtrumentiſque ſuis Chirurgicis locupletavit, inſuperq; Collegas ſuos ex aſſe paterno, dum in vivis eſſet, hæredes dixit. Muſæumque hoc Nobiliſſimus doctiſſimuſque Marchio* Dorceſtrenſis *centum libris in libros coemendos erogandis primus, magnificeque cohoneſtavit. Quem ſequuti alii,* Joann. Seldenus *ſcientiſſimus hujus ſeculi antiquarius Manuſcripta Arab. in Medicina quæ collegerat omnia dedit & donavit, &* Edoardus Biſh Clarencieux *eques auratus, &* Eliah Aſhmole Armiger, *utriq; de repub. litteraria optime meriti* Richardus Napier *eques item auratus, &* Dr. Scarburgh *Socius doctiſſimus idem Muſæum donariis ſuis auxerunt. Nec*

*bis*

*his contentus* Hamæus *fundos in honorem noſtrum, pauperumque ſublevamen pia charitate ultimis tabulis legaſti. Præterea ea, (qua apud omnes polles) auctoritate uſus apud melioris fortunæ viros, non ſolum exemplo tanquam elogio actuoſo præiviſti, ſed virtutem tuam imitari amice coegiſti, & quod grati animi tui ſignum ſtatuas ipſis erigi curaveris. Tu autem cum tot tantaque præſtiteris, honorem, quem amicis procuraveris, tibi a Collegio decretum non admiſiſti, hinc etiam æternis honoribus digniſſimus. Cujus animo (ut verum Philoſophum decet) nulla inanis gloriolæ cupido inſidet, ſolo benefaciendi conſcientia, aliorumque emolumentis contento. Hancque mentis tuæ modeſtiam teſtatum facit præſidendi munus ſæpius*

oblatum,

*oblatum, recuſatumque, quamvis aca alia Collegii onera ſuſtinenda paratiſſimum ſemper te oſtendiſti. Denique unicornu Elegantiſſimo Collegium noſtrum locupletaſti, ut haberet quo gratularetur fœliciſſimo, deſideratiſſimoque reditui Regis in utraque fortuna ſemper* Auguſti *CAROLI* Secundi, *qui ſumma animi ſerenitate ab ipſo acceptu gratiam tanta Majeſtate dignam ſignificavit, quam poſtea variis modis nobis confirmavit. Et quod ſuperiora ſuperat ſine ulla parium tuorum invidii hæc magnifica peregiſti. Prætereo minores virtutes tuas, induſtriam, vigilantiam, egregiam in excolendis Muſi induſtriam, animi grandis moderamen temperantiam, ſobrietatem morum tuorum elegantiam, & in numeroſis tu*

*apu*

*apud ægros congreſſibus candorem, ſine contentionibus Medicaſtris nimis familiaribus, in praxi judicium ſolidum, & per tot luſtra fælicitatem. Has univerſas plurimaſque alias quas nec per compendium recitare licet, ſemper in te expertus ſum ex quo tibi innotui, inſuperque amorem ſummum in me tuum. Multis enim me beneficiis continenter oneraſti, in colloquia, ſtudiaque tua penitius admiſiſti, laborumque meorum perpetuus fautor, calcarque fuiſti, meque de rebus naturalibus balbutientem benigne excepiſti, languentemque exuſcitaſti. Gratus ergo & amoris pleniſſimus animus juſſit ut in ipſius teſtimonium hæc pauca non pro rei dignitate dicerem, & ut hic paucas impleres pagellas cujus memoriæ tot tabulæ &*

*monumenta in Collegio noſtro conſecrantur. Ob quæ ingentia merita ſerena qua offertur fronte nugas has excipias oro uti teſſeram obligationis, qua me in æternum tibi devinxiſti, patiariſque quæſo, te exorem participem ut facias remp. litterariam lucubrationum tuarum, quod te facturum non ſine magno tui honore doctorumq; emolumento ſpondere audeo. Præſertim cum hoc heroicum, & vere regium cæteris tuis egregiis facinoribus accumulaveris quod te a tumultu praxeos ſubduxiſti, ut deo & Apollini litares. Deus O.M. te diu incolumem ſervet, vegetamque ſenectutem largiatur, quod ſemper vovebit*

Ex Muſæo meo in Domo Coll. Med. *Lond.* Cal. *Aug.* 66.

Tibi addictiſſimus humilimuſq; Servus

*Chr. Merrett.*

# Lectori Salutem.

QUædam ſunt (Amice Lector) de quibus monendus es in veſtibulo hujus opuſculi, quæ ad duo capita reduci poterunt, quid ante me alii præſtiterint, & quid ego de novo ſuperinduxerim. Non enim eſt mihi animus, nec otium in longum rhetoricare de neceſſitate, & utilitate hujus partis naturalis philoſophiæ. Cum per ſe conſtent, feceruntq; id non pauci; Sed hic calamũ temperare nequeo a tenebrionũ fanaticorũ examinibus in quovis angulo hujus civitatis latitantibus, Qui ſine ulla rerum naturalium ſcientia, ſine vel extremis labiis deguſtata Anatome, duobus artis noſtræ cruribus, imo ſine vel leviſſima cujuſcunq; philoſophiæ artiſve liberalis tinctura Medicinã humano generi tam ſalutarẽ aggrediuntur. Hi inquã pleriq; diris temporibus proditione & contumeliis remp. Eccleſiamq; peſſundiderunt, qui regiam majeſtatem, Nobiles, totumq; clerum conviciis ſuis turpiſſimis

proſciderunt,

proſciderunt, totam jam ſuam priſtinam maledicentiæ ſentinam nullatenus lace:ſſiti in Collegium noſtrum (quod invernis ſcriptiſq; ſuis honorem regni tunc dl erum conſervavit) Evomunt, idque ii Collegium quia Collegium uti prius ii Regem quia Regem ſuoſq; calamos fæ daſq; linguas conſueti exercent idque ii ſingulos Collegas in priores refuſuri, eadem licentia ac impune ipſis licere: Non omnino iſti mores mutarunt, ſe: aliorſum converterunt, & ſub Medicorū larva nefarii hiſtriones priores agunt partes, in maximum reip. & religioni damnum, & cum non poterint legibu cohibiti in animas fortunaſq; hominum debacchari, in corpora tamen credulorum heu nimis licet. Quod hinc evenit palam eſt,quia in eodem ſtatu ars noſtra ſita eſt, quo non ita pridem religio erat quando libertate conſcientiæ (uti vocabant) freto cuivis in utramque involare fas fuit, ſic jam nulla legum impunitate coerciti profeſſionem noſtram omni ævo ſacratiſſimam irruunt.Hinc factum eſt u nullus pene miles, nullus fanaticus,præco ve ſeditioſus,nullus Circulator, anus

nutrix

nutrix, obſtetrix, balneator, veterinarius tonſorve, imo rerum novarum præco proditorius inventus fuerit, qui non una nocte fungorum modo in Medicum excreverit, quod majus eſt quidam Chymiam ſolo verbo profeſſi unoq; fornaculo eoque in Camino erecto inſtructi, ingentibuſq; promiſſis turpiſſimiſq; contumeliis ſufferti methodum a bis mille annis approbatam evertere, novamque ſumme pernicioſam ſubſtituere conantur; Sed ut horum fraudes verbo doceam, ſcire licet ex Kircheri Oedipo primos hujus artis profeſſores Egyptios medicamentum univerſale collimaſſe & tentaſſe ſolum, at hæc fiducia lapſos ſuamq; fidem liberare nequeruntes tandem ad Elixir, ſeu lapidem Philoſophicum confugiſſe quem ſub variis ænigmatibus a nemine intellectis propoſuerunt, quibus technis principum, nobiliumque crumenas diu emunxerunt quouſq; legibus noſtris ſub pæna capitali cautum fuit, ne quis artem multiplicandi profiteretur, uti ex doctiſſimis Commentariis in eandem legem *Edoardi Coke* militis luculentiſſime patet. Sic autem ſecluſi denuo

nuo nunc dierũ ad priores fraudes redi unt, & ignavo vulgo obtrudunt neſc quæ ſecreta univerſalia, grandia ne dii ridicula pollicitantes ex animis deoru Ethnicorũ extracta (riſum teneatis am ci) & multa hujuſmodi quibus chartan conſpurcare nolo. Adeo ut Paracelſus ip ſe de his fateri cogatur, Chymiam omni eorum inhoneſte ſe alere agentiũ agru eſſe, quorũ pleriq; fuere ſuæ profeſſion deſertores, ad incitas redacti, dentifr gi, ferrarii verſipelles, ſartores, cæteri decoctores, aliiq; hujus furfuris vani, r des & imperiti homunciones convitiat res & jactatores in utriuſq; impudenti ſimi mendaciſſimiq; qui ubiq; tanqua muſcæ carnes humanas depaſcentes ci cumvolitent, inſuſurrantes ſe Monarch & Medicamentorum divos, ſeque ſol efficacia præparare, quod ſi facto & ex perientia comprobarent ipſis fides adh benda eſſet. Quæ quam cito obſoleſcun & in fumos abeunt, confirmarunt nuper quædam remedia in omnium fere o celebratiſſima quæ intra paucos menſ evanuere. Ultima æſtate ſub initium peſtis quam mira prædicarunt falſa

Chymi

Chymici ſeque totam peſtem ſpiritu oris difflaturos, at reipſa oſtenderunt, quanta vanitate. Nam magna pars iſtorum qui hujus curam profitebantur, occubuerunt, interea ſuperſtitibus ad id munus a Collegio laudatis, & a civitate ſepoſitis non ſine magno medicamentorum Chymicorum opprobrio. Neque tamen ſentias me prorſus hanc artem vituperare utpote ad medicamentorum præparationem aliquatenus utilem, & in detegendis naturæ myſteriis apprime neceſſariam, ſolum Agyrtas, fumoſoſq; Empiricos procul habeo, qui veræ Chymiæ penitus ignari ſub arcanorum prætextu ventoſam plebem ingentibus promiſſis lactant, quæ ſi detegerentur, authores riſui propinandos darent. Verbo dicam nonnulla horum artificia. Quidam ex his pſeudochymicis ut majorem ſecretis ſuis auctoritarem conciliaret, & ad vulgus captandum librum edidit curationum ſuarum, quas inquiſivit hortatu meo Coll. *Lond.* probatus Chymicus Johnſtonus comperitq; pleraſq; plani fictas, quaſdam nullius momenti, imo quoſdam ab ipſo conductos ut falſitatem curationum aſtruerent,

uti patet ex Johnſtoni dicti in eundem librum obſervationibus. Addo non inuſitatum eſſe illis morbos vel ignorantia, vel fraude creare, ut tandem de iis vel ſponte ſua evaneſcentibus, vel fortuito curatis triumphent, & per præcones ſuos in locis publicis deprædicent. Præterea ſermonibus, ſcriptiſq; ſuis Chymica prætexunt, uſu autem Galenica comprobant. Horum Anteſignanus quinq; librarum mercede proceſſus (ut vocant) quoſdam vulgares edoctus protinus librum conſcripſit ſpecie majorem, at demptis convitiis, tautologiiſque, minimum, nihilq; ſolidi in ſe continentem, in quo ſua Chymica ad cælos elevat, Galenica infernis devovet, cui (ut obiter dicam) tres Collegæ reſponſum dedere, contra quos ne hiſcere quidem auſus eſt. Idem tamen nuper evulgavit experimenta, & praxin famoſiſſimi Emperici *Trigge* (quem pro more ſuo illiteratiſſimum licet titulo Doctoris inſignivit, ſunt enim omnes apud nos proh-pudor Doctores,) in quibus nil fere invenire eſt præter tritiſſima Galenica, & quorum lectio caſtas lædit aures. Idem tamen in præfatiuncula plurimum hæc laudet;

laudet, evehitq; & hujuſmodo in nupera peſte uſus eſt, quamvis optimorum delectu caruerit. Et quod ad praxin ſuam Chymicam attinet, hic nuper in quæſtionem vocatus propter melioris fortunæ virum inter arcanorum ſuorum operationem mortuum, quem ut Lue Venerea affectum curandum ſuſceperat, (cum revera Arthritide laboraret) omnes quippe Morbi ridicule ab ipſo vel pro hac lue vel pro Scorbuto habentur, in quæſtionem (inquam) vocatus, faſſus eſt ſe ſolo Mercurio dulci uſum fuiſſe. Unde palam fit, hos titulares Chymicos medicamenta ſua omnia vel ſaltem quædam ex iis ex pharmacopæo noſtro, vel aliunde ſuffuratos pro ſuis jactitare. Jamque tandem ad ſacram Empiricorum anchoram confugerunt, quibus morbificam materiam figunt cum volatilem reddere præſtiterit, ſicq; Morbos faciunt Chronicos, niſi interea ſomnum induxerint æternum. Hæc pauca, ſi rem ipſam, nimia (fateor) ſi Epiſtolam reſpexeris, ab horum maledictis (quæ quotidie aures meas ubique circumſonant) abreptus, dixi. Nec opus eſt ut hic vindicarem

Collegas, cum toti mundo innotuerit, quantum Anatomiam, aliaſq; Medicinæ partes adauxerint, cum interea hi convitiatores nihil lectione dignum protulerint, ſpecimenve ullum dederint ſe efficacia, utiliaq; quæ prædicant remedia in medium produxiſſe. Neque unquam audivi quemvis virum ingenuum ſemel horum vanis & ingentibus promiſſis ſeductum, denuo in eundem errorem incidiſſe. Sed manum de hac tabula, ne eandem cum iis inſaniam inſanire videar. Hoc tantum adjiciam, ſi in poſterum Collegii noſtri famam lædere perrexerint; acrem me habebunt; veriſſimumq; vindicem, fraudeſq; detegam ab artis hujus incunabilis in hunc uſq; diem uſurpatas idq; reipſa comprobabo haud ſuſpectæ fidei teſtimoniis, ſimulq; omnia ſtigmata Societati noſtræ inuſta detergam. Sed ut ad rem, unde nimis digreſſus ſum, redeam.

Hanc philoſophiæ partem primus excoluit Dioſcorides, qui pauca quædam in ſingulis generibus poſteris reliquit. Etiamſi pro more ſuo Helmontius, ejuſq; ſequaces nihil poſt ipſum a bis mille an-

nis additum fuiſſe aſſerant, quod falſiſſimum eſſe comparebit cuivis vel leviter verſato in ejus commentatoribus cæteriſq; Scriptoribus modernis qui hanc materiam tractarunt. Adeo ut affirmare contra illos non dubitem viginticuplo auctiorem eſſe quam Diaſc. ævo.

Inter naturalium rerum Scriptores inventi multi qui Botanologiæ ſuam impenderunt operam,in cæteris pauci. An quod præ cæteris plantæ magis tractabiles eſſent,diutiuſq; durarent; An quod in ſublevando humano genere,& quoad vitam ſuſtentandā, & quoad ſalutem tutandam reparandamq; magis in uſu eſſent?

Quidam in univerſum de his egerunt, alii de iis ſolis quæ in particularibus regionibus reperiuntur. Quod inde factum arbitror,ut ſcirent lectores quæ cuivis ſolo & regioni convenirent & unde harum rerum curioſi peterent, & inventas facilius diſtinguerent. Cum magnum ſit in omni inſcientia compendium præſcindere ab infinito.

Inter poſteriores agmen ducit Geſn. qui montem Fractum, ſive Pilatum in Helvetia deſcribit,dein Joan. Pona mon-

tem Baldum in agro Veronenſi, Caſp. Bauhinus edidit Catalogum plantarum circa Baſileam creſcentium, *Schoenfelt* ſcripſit de ſtirpibus & foſſilibus Sileſiæ.

Inter nos hanc provinciam primus aggreditur *Thom. Johnſons* Pharnacopæus *Lond.* vir egregie induſtrius, qui in uſum ſociorum ſuorum 1632. edidit plantas in Ericeto *Hamſtediano* creſcentes, poſtea vero, quas inveſtigavit in itinere ſuo in agrum Cantianum ad eam rem ſuſcepto Anno. 1632. & Anno. 1634. Alphabetice exhibuit Mercurium Botanicum, & de thermis Bathonienſibus tractatulum, & una cum eo Mercurii partem alteram Majora certe præſtitiſſet, niſi decore pro rege patriaque ſclopeto transfoſſus occubuiſſet. Hunc ſequutus Dr. *How*, Phytologiam Britannicam Anno. 1650. edidit, auctioremq; reddidit, qui feſtina morte abreptus quæ ulterius deſtinaverat, peragere deſtitit.

Poſtea ſc. Anno. 1660. Ds. *Wray* Collegii Sanctæ Trinitatis quod apud Cantabrigienſes eſt Socius, Catalogum Cantabrigienſem publicavit, librum apprime utilem, magnoq; cum judicio concinnatum,

tum, dignumq; qui omnium manibus teratur, in quo tradit ſolummodo eas quas ipſe cum ſociis inveſtigaverat, & intra anguſtos limites ſolius provinciæ Cantabrigienſis, hinc factum ut univerſalis Catalogi loco inſervire non poterat.

Phytologiæ exemplaribus tunc pene diſtractis, oravit Bibliopola mihi familiariſſimus ut in manus ſumerem, cujus honeſtis votis contra niti non poteram, aſcito ergo in operis ſocietatem perito Botanologo Dre Dale, ut ſociatis humeris novum Catalogum, poſteaque junctis impenſis hiſtoriam earundem ederemus. Et ad hanc rem Octingentas plus minus iconas Johnſtono procurante Sculptas emi. Sed dum hæc ago immatura nimis morte abreptus erat. Nec tamen a propoſito deſtiti, & nactus virum ſcientia Botanica tunc mediocriter tinctum, at in diſtinguendis inveſtigandiſq; plantis fæliciſſimum, hujuſq; ſtudii avidiſſimum, *Tho.* (inquam) *Willeſelum* propriis meis impenſis quinque annorum ſpatio per univerſam *Angliam* totis æſtivis menſibus miſi, qui non paucas collegit huic pinaci additas. Inſuperq; filius meus natu minor

*Chriſtophorus* aliquot itinera ad amplian-dum regnum vegetabilium ſuſcepit.

Sed cum in ſupra memoratis ſcriptori-bus Animalia foſſiliaq; noſtra deſideren-tur, quæ defuerant addidi, Piſces, volu-creſq; quotcunq; vel icthyopolæ, vel Ornithopolæ *Lond.* aucupes piſcatoreſve ſuppeditare poterant conquiſivi uti e-tiam lapides metallaq; a variis mineris tranſmiſſa. Plantas pleraſq; hic inſertas in horto meo ſicco ſervo, cuivis ingenio-ſo paratus oſtendere. Et hæc omnia non parvam rerum naturalium partem con-tinent, adeo ut dicere auſim, qui hæc in-timius perpenderit, ſibique familiaria reddiderit, cætera exotica quæcunque fuerint, facile comprehendet. Tam di-ves felixq; eſt ſolum, regioq; noſtra ut vix ſentio ullam aliam paris ſpatii tot & tam diverſa continere, atque de noſtra κομπῆσαι cum *Euripid.* licet.

Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον
Ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ
Ἡ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε κάλλιςα τρέφει
Τῆς γε δέλεαρ ἐνταῦθα συνθηρώμεν.

[cerptis
Quæ ſic latine reddidit Grotius in ex-

Bene tēperato noſtra ſub cælo eſt humus
Non nimia torret flamma, non minium
[ gelu.
Europa quicquid, Aſia fert quicquid boni
Potiſſima horum ſeduli in nos vertimus.

Et optandum ſane eſſet viros doctos ubivis gentium idem mecum conarentur, ut facilius arctiuſq; commercium inter viros peritos oriretur, tandemq; certior hiſtoria naturalis contexeretur.

Neque tamen arbitreris me rem confeciſſe, procul abſit ut ita dicam, largius mihi indies creſcit penu, multaſq; plantas poſſideo quarum nulla hic mentio, quoniam non ſatis mihi conſtat quænam fuerint, ſed ab aliis hactenus deſcriptis differre hoc mihi ſatis perſpicuum. Reſtat adhuc multum operis, rectabitque quod cum auctareo expectare poteris.

Sed jam de ſingulis partibus aliquid dicendum venit. Quod ad Botanicam ſpectat, Ducentas præter propter plantas omiſi utpote neq; a meipſo vel ab aliis viris peritiſſimis ullibi repertas, ſed a dubiæ fidei amicis auctoribuſve communicatis. Quaſdam tamen adjeci a ſuperioribus ſcriptoribus memoratas quia locum

cum nullum aſſignarunt, ſatiſq; novi illos nunquam vidiſſe. Inſuperq; locos addidi rarioribus, quibus deerant. Nomina magis vulgaria ſelegi eaq; præ aliis quæ in prioribus catalogis inſerebantur, mutatis tamen paucis, ſubſtitutiſq; iis quæ apud *Gerardum* & *Parkinſonum* habentur, & ſingulis paginam aſcripſi in qua apud ipſos repperiuntur, ut certo ſciat lector quas volo eſſe noſtrates. Hos autem duos aliis prætuli utpote nobis maxime familiares, maximeq; univerſales, & ideo utroſque, ut qui hoc careat, illo uti poſſet. Cum autem *Gerardum* dico, nolo librum ab ipſo editum, ſed a *Johnſtono* emaculatum intelligi. Quæ autem in utroq; horum deſunt, aliquem Botanographum alium in quo repperiuntur, indigitavi. Et ut ſuus cuique honos conſtet, & ſartus teſtuſq; conſervetur, ſcias velim eas plantas quas *Johnſtonus* propoſuit poni ſine aſteriſco, & quas Phytologus hoc ſigno Ph. notari, a me autem additis aſteriſcum præfigi.

Cum autem ingenuum ſit agnoſcere per quos profecerim, non prætereundi ſunt in hac arte Coryphæi quorum opera

adju-

adjutus ſum. Inter quos prælucet Dr. *Bowles* Collegii Medd. *Lond* Socius honorarius, & in herbarum cognitione præcellentiſſimus. Proximum locum vindicat Ds. *Brown* Collegii *Magdal.* Socius & Sacræ Theolog. Bacchalaureus vir exercitatiſſimus, & Catalogi *Oxonienſis* author eruditiſſimus, Ds. *Witham Eboracenſis*, Ds. *Gunthorp* medicus *Cornubienſis*, & affinis meus Ds. *Jenner* Theologus. Sed omnibus palmam præripit Ds. *Goodyer Hantonienſis* vir incomparabilis, & ſiquis alius, acerrimi judicii, maximæq; induſtriæ, imo paucis auctoribus poſtponendus ſive exactas deſcriptiones ſive accuratas diſtinctiones animadverteris, uti cuivis *Gerardum* emaculatum conſulenti facile patebit. Is enim erat qui maximam partem dicto libro & Mercuriis ſupra memoratis communicavit, uti ex litteris hinc inde miſſis conſtat quarum me participem fecit Ds *Yauldon Goodyeri* nepos uti etiam Manuſcriptorum ejus ex quibus quædam in hoc tractatulo me mutuo accepiſſe in progreſſu operis liquebit. Deinque ex Catalago *Cantabrigienſi* ſupra laudato uti etiam ex appendice tranſcripſi

ſcripſi quæcunque nondum innotuerunt noſtris ſcriptoribus ipſiq; adſcripſi quamvis quaſdam ex illis prius detexeram.

Sed objiciet fortaſſis quiſpiam me nimis audacule quaſdam plantas huic Catalogo inſeruiſſe, præſertim Hyoſcyanum Peruvianum, Caryophillos Carui, *&c.* Reſpondeo id ideo abs me factum ut oſtenderem quaſnam terra noſtra ferat, & ſi ipſe ob hoc vapulem, etiam alios incuſandos venire, qui ſata plurima propoſuerunt, *viz.* frumenta paſtinacas, legumina quædam, linum & Cannabin, *&c.* quod nemo in aliis vituperavit.

Ulterius dici poteſt me plantas variegatas omiſiſſe. In promptu reſponſum, me obſervaſſe pleraſq; noſtrates hanc mutationem ſubire, neq; perennem eſſe, ubi autem duraverit hic color aſcititius me non neglexiſſe. Et quod ad flores attinet, inuſitatum non eſt omnes cæruleos, luteoſq; præſertim palleſcentes in albos mutari, quod herbis ſeneſcentibus accidit uti etiam a loco fertili ad ſteriliorem tranſlatis. Memini biennio elapſo Blattariæ ſemina ex horto meo in murum lateritium vicinum (neſcio quo caſu) tranſlata

ex

ex flore flavo in candidum permutata fuiſſe; interim iiſdem infra in lætiori ſolo priſtinum retinentibus colorem. Idem etiam eadem æſtate obſervavi in Cichoreo, cujus flores cærulei ſeneſcente planta lacteum induebant colorem, ita ut ex quingentis nullus apparuit cæruleus, qui candor etiamnum (dum hæc ſcribo) poſt triennium perdurat. Cum aliæ plantæ ex prioris ſeminibus deciduis pronatæ nativum ſervant Cæruleum.

Tertium a me prætereundum non eſt, quædam forſan hic inſeri quæ in dictis locis vel nuſpiam apud nos occurrunt. Fateor ſic fieri poſſe, & nullus dubito quin quædam oriantur de novo, denuoq; pereunt, quod in pleriſq; capitibus ſatis patet. Inter quadrupedes Caſtor in Fluvio Tivy in agro Merionethenſi prioribus ſæculis abundavit, qui nunc dierum nuſquam apud nos comparet. Et Lupi adeo pecoribus infenſi quondã erant,ut ad hos exterminandos lege cautũ fuerit, ut cujuſvis criminis rei vitam ſtato lupinorum capitũ numero redimerent, unde factum erat ut brevi penitus occiderentur.Præterea ex ſtatutis regni manifeſtum videtur,

quoſdam

quoſdam piſces in illis memoratos, jam nuſpiam conſpicuos eſſe. Deinceps aves ſunt migratoriæ quæ raro redeunt niſi frigoris importunitas & in aliis gentibus victus penuriæ huc compulerint. Inſecta etiam nova quotannis occurrere apud omnes in confeſſo eſt qui intimius indagarunt. Non quod novas ſpecies vel æquivoca (quod aiunt) generatione produci crediderim, ſed accidentalibus quibuſdam differentiis ab invicem diſcriminari compererim. Inter plantas autem excrementa terræ viz. muſcos, & fungos certis locis perire, & in aliis oriri extra omnem controverſiæ aleam ponitur; quod etiam de vitiis frumentorum nuncupatis præſertim in Avenaceo genere facile quiſpiam obſervare poterit, uti etiam in Arboribus fructiferis quarum ſemina terræ commiſſa diverſos fructus proferre vel ruſticis innotuit. De foſſilibus diſpar eſt ratio quæ omnia perdurare ſentio.

Ultimo forſitan deſideraverit lector deſcriptiones plantarum noviter additarum. Dico id propterea a me omiſſum ne nimium intumeſceret hic liber quem im-

pera

pera geſtatilem fore propoſui, præterea hunc defectum me abunde ſuppleviſſe arbitror, talia imponendo nomina quæ deſcriptionis loco inſervire poſſunt.

In Quadrupedibus, Avibus, piſcibuſq; tradendis conſului Geſnerum Aldrovandum, & Johnſtonum qui ampliſſime de his tractarunt, & in quibuſdam Turnerum noſtratem inter viros ſuæ ætatis exercitatiſſimum qui librum de Avibus edidit mole parvum at judicio majorem, de piſcibus etiam noſtris præfixam videas epiſtolam Geſnero, qui etiam ubivis laudat Caium in materia medica apprime verſatum, Pennium & Falconerum Collegii noſtri lumina. Inſecta quod attinet Mouffetum ſequor, a quo cæteri plurima mutuati ſunt. Et certe hæc naturalis philoſophiæ pars maximæ voluptatis, varietatiſq; (in qua natura penu ſuum exhauſiſſe videtur) pene ab omnibus ſeculis neglecta jacuit, quouſq; Noſtrates Pennium dico Wottonumq; qui inchoarunt, & Mouffetum qui perfecit, manus ſuas huic operi admoverunt. Cujus opus pudet ſane inter Blattas tineaſq; relinqui, cum nemo prius ſolidiuſve hoc

penſum

penſum abſolverit. De cæteris hujus opuſculi partibus non eſt opus ut plura dicam quam quæ ſingulis præmiſi.

Finem ergo imponam huic Epiſtolæ cum duo candidum lectorem exoraverim, primum quod omnes ante me ſcriptores fecerunt, ſequuturiq; futuri ſunt ut Errata Typographia emendet. Secundum ut ſi qua in re in tanto itinere ceſpitaverim,(quod primo conatu in materia tam lubrica vix poſſibile erat non fieri) m[illegible] moneat,dein ſiquid omiſſum, amice communicet, & ad me tranſmittere dignetur, quod non fiet ſine grata Benefactoris memoria, & ſine impenſis ullis. Sicq; tandem brevi comparabitur ſupellex idonea ad compilandam hiſtoriam non ſine ingenti patriæ noſtræ honore, & reip. litterariæ emolumento. Tu interim vale & fruere (quæ ſola promitto) fide, impenſis induſtriaque mea.

*C. M.*

# A.

A*Bies, the Fir-tree*, in Arboreto Hamſtediano, & Alpibus Scoticis, & quondam in plurimis Angliæ loc[illegible] [illegible]ealioribus, ut po[illegible]ſtabit. *Ger.* 1363. *I.* [illegible]40.

*Abies* marina [illegible]lgica Clus. *G.* 1574. Abies & Cupreſſus marina, *P.* 1302. ſæpe adnaſcitur oſtrearum teſtis.

*Abſinthium* album, *G.* 1101. Abſinthium album ſeu umbelliferum, *P.* 99. in montibus Walliæ.

*Abſinthium* tenuifolium Ponticum Gal. *Ger.* 1096. Abſinthium Ponticum ſive Roman. vulgare, *P.* 98. in ſalſis & maritimis.

*Abſinth.* latifolium, ſive Ponticum, *G.* 1096. Abſinthium vulg. *P.* 98. in fimetis & ruderibus.

*Acanthium* album, *G.* 1149. Acanthium vulgare, *P.* 979. *Cotton Thiſtle*, ubique ad viarum margines, variat quandoque flore albo.

*Acer* majus, *the great Maple*, G, 1484. Acer majus latifol. Sycomorus falſò dictum, *P.* 1425. juxta ædes nobilium.

*Acer* minus, *G.* 1484. Acer minus ſive vulg. *P.* 1425. in ſepibus & ſylvis.

*Acetoſa, our ordinary Sorrel,* P. 742. Oxalis ſive Acetoſa, *G.* 396. ubique in pratis.

*Acetoſa* minima, ſive Oxalis minor, in pratis ſiccioribus, *Sheeps Sorrel,* G. 398. Acetoſa minor Lancelota, *P.* 744. in montoſis.

*Acinus, ſtone Baſil,* G. 675. Acinus, ſive Clinopodium majus, *P.* 22. Variat flore albo, in montoſis & cretaceis.

* *Acorus* verus, ſeu Calamus officinarum, *The ſweet ſmelling flag,* P. 140. Acorus verus officinis falſò Calamus, *G.* 62. found by Doctor *Brown* neer *Lyn,* and by Mr. *Brown* of *Oxford,* near *Hedly* in *Surry.*

*Adianthum* album, ſive Ruta muraria, ſive Salvia Vitæ, *Wall rue,* and *Tentwort,* G. 1144. P. 1050. on old walls at *Windſor* Caſtle, *Briſtol,* and *Bath,* and many other places.

* *Adianthum* album, ſive Ruta muraria foliis variegatis, on a wall by Mr. *Wades* houſe at *Kilnſey* in *Craven.* Mr. *Witham.* Hanc ideo adjeci quod plantas Capillares hanc mutationem ſubiiſſe à nemine (quod memini) obſervatum eſt.

*Adianthum* aureum majus, ſeu Muſcus Capillaris, *Great Godly Locks,* or *Golden Maidenhair,* G. 1559. Polytricum aureum majus, *P.* 1052.

*Adianthum* aureum minus, cum priore in muris paſſim, *G.* 1559. *P.* 1052.

* *Adianthum* aureum minimum, vix ſemiunciales eſt altitudinis, caulis tamen & flos æquant illos Adianthi aurei maximi, *Lanceſton Cornwall,*

*wall*, ubi copioſè provenit. Dr. *Gunthorp*

*Ægilops* Bromoides, *Bearded Wild Oats*, G. 77. Ægilops Bromoides Belgarum, *Dutch Havergraſs*, P. 1149. in ſatis.

*Agrifolium*, *Holly tree*, G. 1338. ſive Aquifolium *P*. 1487. paſſim in locis ſterilibus. Hujus baccæ ante maturitatem ſuam luteſcunt, & in eadem arbore, folia tam lenia quàm aſpera vulgo conſpiciuntur, in annoſis & proceribus pleraque lenia, adeò ut non opus fuerit cum *Ph.* in plures ſpecies dirimere.

* *Agrifolium* fol. variegato, Neer *Highgate*, Ob elegantiam in plurimos hortos Londinenſes transfertur.

*Agrimonia*, *Agrimony*, G. 712. Agrimonia vulg. *P*.594 ad ſepes, & agrorum margines.

*Alcæa* vulgaris, *fine cut*, or *Vervain Mallows*, P. 301. Malva Verbenaca *G*. 931. in pratis & ſepibus, ſed rariùs, variat flore albo.

* *Alcæa* foliis non diſſectis & pedunculis longioribus, hanc mihi communicavit, D us Pink ab Herefordia.

*Alchimilla*, *Lyons foot*, or *Ladies mantle*, G. 949. Alchimilla major vulg. *P*. 538. in ſylvis & umbroſis, & pratis quibuſdam.

*Alchimilla* minor, *G*. ib. 4. miles Northward from *Stanford*, in a lane on the right hand, but not at *Wombwell*.

*Alga*, *Graſs Wrack*, G. 1569. Fucus marinus ſive Alga marina graminea, *Wrack*, or *Sea Weed*, or *Graſs*, P. 1292. in maritimis, & folio anguſtiori, from the *Severn* Sea.

*Alga* Bombycina, *Silken Wrack*, in maritimis.
*Alga* membranacea Ceranoides, Broad leav'd or horned *Sea-wrack*, πλατυκέρως poroſa I.B.
*Alliaria, Sawce alone*, or *Jack by the Hedge*. G. 794. *P*. 112 paſſim ad ſepes.
*Allium* Urſinum; *Ramſons*, G. 179. in ſylvis & ſepibus.
*Allium* ſylveſtre, *Crow Garlick*, G. 179. P. 871. in paſcuis pinguibus & pratis.
*Alnus* hirſuta, *rough leav'd Alder*, G. 1477. Alnus folio inaco, *P*. 1409. *Ph.*
*Alnus* nigra, ſive Frangula, *Black Alder tree*, G. 1470. Alnus nigra baccifera, ſive Frangula, the *Black Alder Tree*, P. 240. in ſylvis humidis.
*Alnus*, the *Alder Tree*, G. 1477. Alnus vulg. P. 1409. juxta aquas.
* *Alnus* cortice obſcurè purpureo foliiſque parum diſſectis, Betwixt the South gate and the Bridg at *Hereford*.
*Alopecuros* maxima Anglica paludoſa, *Great Marſh Foxtail*, G. 872. P. 1166. in a Salt Marſh by *Eriff* Church in *Kent*.
*Alſine* Paluſtris, *Mariſh Chickweed*, G. 613. Alſine aquatica, ſive Paluſtris major. *P*. 1259.
*Alſine* Baccifera, *Berry bearing Chickweed*. G. 614. Alſine repens Baccifera, *P*. 759. in ſylvis udis.
*Alſine* Cochleariæ longæ facie, between the two Parks at *Eltham*, and divers places neer *London*.
*Alſine* Corniculata Clus. at Weſt-gate Bay in the Iſle of *Thanet*, G. 616.

*Alſine*

*Alſine* Cruciata marina, vel Anthyllis lentifolia, *G.* 622. *Sea Pimpernel.* Anthyllis lentifolia marit. *P.* 281.

* *Alſine* floſculis conniventibus, found by Mr *Goodyer* in *Hamſhire*, and by him properly Named *Blinks*, as alſo frequent in *Hide-Park*.

*Alſine* foliis Triſſaginis, *Germander Chick weed*, G. 616. *P.* 764. in arvis & ad agrorum margines.

*Alſine* foliis Veronicæ, *Speedwell Chickweed*, G. 613. Alſine foliis ſubrotundis Veronicæ, *P.* 762. in arvis & tectis.

*Alſine* Hederacea, *Ivy Chickweed*, G. 616. Alſine folio Hederulæ minor, *P.* 762. Hæc planta potius dicenda Veronicæ ſpecies.

* *Alſine* floribus ad inſtar Polygoni marini, ad ſingulas alas albis. This was ſent me from *Cornwall. N. D.*

*Alſine* Hederula altera, *Great Henbit*, or *Cod-wort* à ſeminis figura, *G.* 616. Hedurelæ folio major, *P.* 762. Hæe planta eſt potius marubii ſpecies quàm Alſine.

*Alſine* longifolia uliginoſis proveniens locis, *J. B.* Alſine Fontana, *G.* 613. *Fountain*, or *ſmall long leav'd water-Chick weed.*

*Alſine* major *G.* 611. Alſine maxima, *P.* 1259. ad ſepes.

*Alſine* minor media, *G.* 611. *P.* 1759. paſſim. ad ſepes.

*Alſine* minima, *G.* 612. *Fine Chickweed.* Alſine aquatica minima, *P.* 1259. in muris & tectis.

* *Alſine* minor Androſaces alterius facie, *Buab.* in prodromo, *P.* 118. 5. found by Mr. *Halilab* Apothecary in *Lincolnſhire.*

* *Alſine* Myoſitis procerior & longiore folio, datur etiam alia folio obtutiore, *Mauſear Chickweed*, paſſim in agris.

* *Alſine* Myoſitis humilior & rotundo folio cum priore. Both thoſe neer *Hamſteed* Church, and in *Hide-park.*

*Alſine* paluſtris ſerpillifolia, *Creeping water Chickweed*, G. 614. P. 1260.

*Alſine* recta, *Right Chickweed*, G. 612. P. 1260. in locis umbroſis.

*Alſine* rotundifolia, ſive Portulaca aquatica, *Round leav'd Chickweed*, or *Water Purſlan*, G. 614. P. 1260.

* *Alſine* tenuifolia, *J. B.* Facie extern. lino cathartico multum aſſimilatur, *Narrow leav'd Chickweed*, on the Hills beyound *Guilford*, and on the Borders of *Triplow* Heath. CC.

* *Alyſſum* mont. Columnæ, *Fabius Columna his Madwort*, P. 589. in Ericeto Hamſtediano.

*Althæa* Ibiſcus, *Marſh Mallows*, G. 933. Althæa vulg. P. 304. in maritimis.

*Ampelopreſſum*, ſive Portum ſylv. *Wild Leek*, G. 176. *Ampelopraſum*, P. 871. amongſt Barley near *Beachenton*, betwixt *Oxford* and *Banbury*, Mr. *Stonehouſe*, Ph.

*Anagallis*, ſive Becabunga, *Brooklime*, G. 620. Anagallis aquatica vulg. ſive Becabunga, *P.* 1236. variat quandoque flore albo, ab Herefordenſibus *Limpwort.*

*Ana-*

*Anagallis* aquat. folio oblongo crenato, *Great water Pimpernel*, P. 1237. 3. ſine icone.

* *Anagallis* aquat. flore parvo viridi caule rubro, in a great Ditch neer the Moor at *Peters field Hamſhire*, Mr. *Goodyer*.

*Anagallis* aquatica major, *Great long leav'd Water Brooklime*, G. 620. Anagal. Aquat. ſive Becabunga major, *P*. 1237. 2. ſine icone.

*Anagallis* aquatica rotundifolia, *G*. 620. Anagal. tertia Lob. folio ſubrotundo non crenato. *P*. 1237. 5. *round leav'd Brooklime*, 2 miles below *Graves end.*

*Anagallis* aquatica quarta Lob. *Lobel's 4th water Brooklime*, G. 621. Anagallis aquat. anguſtifolia ſive quarta Lob. *P*. 1237. in *Tuthil-fields*.

*Anagallis* aquat. anguſtifolia,ſcutellata,*P*.1237. 7. nulla icon. ſcutellata *C. B.* & *J. B. Narrow leav'd Brooklime*.

*Anagallis* mas. *Male Pimpernel*, G. 617. *Anagal.* floribus phœniceis, *P*. 558. in agris.

*Anagallis* fœmina, *G*. 617. Anagallis floribus cæruleis, *P*. 557. in arvis,plentifully beyond *Croyden*.

*Anagallis* lutea, *G*. 618. Anagallis flore luteo, *P*. 558. in *Charlton Wood* beyond *Greenwich*. and *Hamſteed wood*.

*Anchuſa* degener facie Malii Solis. *Baſtard Gromel*, G. 610. Lithoſpormum arvenſe radice repente, *P*. 432. inter ſegetes.

* *Anchuſa* lutea Columnæ, by *Bexley* in *Suſſex*, in the way to *Rumny Marſh*.

*Androſæmum* vulg *P.* 575. Clymenum Italorum; *G.* 543. *Tutſan*, or *Park leav's*, on *Hamſteed* Heath.

*Androſæmum* Hypericoides, *G.* 543. Hypericum majus ſive Androſæmum Math. *P.* 575. *Tutſan* St. *Johns wort*, in montoſis.

* *Androſæmum* Hypericoides hirſutum, *hairy Tutſan*, in *Charlton* Wood.

* *Androſæmum* Clampoclarenſium, Col. on St. *Vincents* Rocks near *Briſtol*, and on the Hedge ſide beyond *Lewſham*.

*Anemone* nemorum, *the wood Anemone*, or *Wind-flower*, G. 374. paſſim in ſylvis.

* *Anemone* flore toto rubro. in Devoniâ.

*Anethum*, *Dill*, G. 1033. P. 886. ſeritur in agris.

*Angelica* ſylveſtris, *wild Angelica*, G. 999. P. 940. in ſylvis humidis.

*Angelica* ſativa, *Garden Angelica*, G. 999. P. 940. amongſt the Rocks not far from *Barwick*.

*Anonis*, ſive Ononis ſpinoſa purpureo flore, *Prickly reſt harrow*, with a purple flower, *P.* 993. Anonis ſive Reſta bovis, Cammock, *G.* 1322. variat flore albo, in paſcuis humidis.

*Anonis* non ſpinoſa purpurea, *G.* 1323. *P.* 993. variat etiam flore albo.

*Anthyllis* Leguminoſa, *Kidney Vetch*, G. 1240. Anthyllis leguminoſa vulg. *P.* 1093. in montoſis.

*Antirrhinum* minimum repens, *ſmall creeping Snap Dragon*, or *Calves ſnout*, G. 549. Antir-

rhinum

Androsæmum vulg. Park. 575. Hypericum maximum, G. 545. Tutsan, or Park Leaves, in Hampstead Woods.

Androsæmum Hypericoides, G. 543. Hypericum Ascyron sive Androsæmum Matth. P. 573. [illegible], in montosis.

* Androsæmum Hypericoides hirsutum, hairy [illegible] in Charlton Woods.

* Androsæmum Campoclarense, Col. on St. Vincents Rocks near Bristol, and on the Gorge side beyond Lowsham.

Anemone nemorosa, the wood Anemone, or wind-flower, G. 374. passim in sylvis.

* Anemone flore pleno rubro, in Devonia.

Anethum, Dill, G. 1033, P. 886. sponte in agris.

Angelica sylvestris, wild Angelica, G. 999. P. 940. in sylvis humidis.

Angelica sativa, Garden Angelica, G. 999. P. 940. amongst the Rocks not far from Kendall.

Anonis sive Ononis spinosa, phœnicea flore, P. [illegible] with a purple flower, P. [illegible] Anonis sine Spina flore, G. [illegible] varies flore albo, in pascuis [illegible].

Anonis non spinosa purpurea, G. [illegible] P. [illegible] varies etiam flore albo.

Anthyllis leguminosa, [illegible] G. [illegible] Anthyllis leguminosa vulg. P. [illegible]

Antirrhinum minimum repens, small creeping [illegible]

[illegible]

Rhamni ſylveſtre minimum, P. 1356. [illegible]
[illegible] ſylveſtris media, P. 1324. Ar-
gemonia minor, G. 549 ſuo tempore.
*Aparine* Cleavers, or *Gooſ-graſs*, G. 1122. Apa-
rine vulg. P. 567. in ſepibus.
*Aparine* major, Bin. G. 1122. Borago ſylv.
minor, P. 765. à quo malè deſcribitur. *Small*
*wild Bugloſs, great Gooſ-graſs.* In the hedge
of a lane leading out of the Field to *Nym-*
*warton*, and in the Cloſe adjoyning to the
Church-yard. CC.
*Aparine* levis, P. 569. ſine icone, in moiſt
places *Hampſtead* Heath.
*Aphaca*, the yellow *wild Vetch*, G. 1250. P.
1067. in arvis ſed rarius.
*Apium* aquat. ſive paluſtre, *Ordinary Smallage*,
P. 926. Eleoſelinum ſive Paludapium, G. 1014.
in uliginoſis.
*Aquilegia* Cærula, *Blew Columbine*, G. 1093.
Aquilegia vulg. ſimplex, P. 1367. about
*Greenwich*, and *Hamſtead* woods, between
*Lucham* and *Bromly* in *Kent*, and many
places of *York-ſhire.*
*Arachus*, ſive Cracca major, *Great wild Vetch*
*or Tare*, P. 1071. Vicia ſylv. ſive Cracca
major, G. 1227. in agris.
*Arachus*, ſive Cracca ſylveſtris, [illegible]
[illegible] ſepibus.
*Arachus*, ſive Cracca minor, [illegible]
[illegible] Vicia ſylv. ſive Cracca minima,
[illegible] ubique in ſepibus.
*Arbutus*, The *Strawberry-tree*, G. [illegible]

[illegible]

rhinum Sylveſtre minimum, *P.* 1334. in agris

*Antirrhinum* ſylveſtre medium, *P.* 1334. Antirrhinum minus, *G.* 549 cum priore.

*Aparine Clivers*, or *Gooſ-graſs*, G. 1122. Aparine vulg. *P.* 567. in ſepibus.

* *Aparine* major, Plin. *G.* 1122. Boraga ſylv. minor, *P.* 765. à quo malè deſcribitur, *Small wild Bugloſs, great Gooſ-graſs.* In the hedge of a lane leading out of the Field to *New-market*, and in the Cloſe adjoyning to the Church-yard. CC.

* *Aparine* levis. *P.* 567. ſine icone, in moiſt pits on *Hounſlow* Heath.

*Aphaca*, the yellow *wild Vetch*, G. 1250. P. 1067. in arvis ſed rariùs.

*Apium* vulg. ſive paluſtre, *Ordinary Smallage*, P. 926. Eleoſelinum ſive Paludapium, *G.* 1014. in uliginoſis.

*Aquilegia* Cærula, *Blew Columbine*, G. 1093. Aquileg. vulg. ſimplex, *P.* 1367. about *Broadſworth*, and *Hample* woods, betwixt *Leuſham* and *Bromley* in *Kent*, and many places of *York-ſhire*.

*Arachus*, ſive Cracca major, *Great wild Vetch* or *Tare*, P. 1071. Vicia ſylv. ſive Cracca major, *G.* 1227. in agris.

* *Arachus*, ſeu Galega ſylveſtris, *Birds Tare*, paſſim in pratis ſylvis & ſepibus.

*Arachus*, ſeu Cracca minor, *Small wild Tares*, P. 1070. Vicia ſylv. ſive Cracca minima, *G.* 1228. ubique in ſepibus.

*Arbutus*, The *Strawberry-tree*. G. 1469. P.

1490

1490. with indented leaves, in the Weſt of *Ireland.*

*Argemone* capitulo longiore, *Long codded wild Poppy,* G. 373. P. 370. in arvis frequentior.

*Argemone* capitulo torulo, *G.* 373. Argem. Capitulo rotundiori, *P.* 370. in ſatis ſed rarior, variat flore albo.

*Argemone* lutea Cambro-Britannica, *yellow baſtard wild Poppy.* P. 370. in *Wales.*

*Argentina, Silver-weed,* or *Wild Tanſie,* G. 993. Potentilla, *P.* 593. ubique ad ſemitas.

*Aria* Theophraſti, *Wild Service Tree,* or *Cumberland Hawthorn,* G. 1327. Sorbus ſylv. Aria Theoph. dicta, *P.* 1421. On *Hamſteed* Heath, and the Hedges by.

* *Aria* Theoph. fol. obtuſis. Pin. 452. At *Sandriſh* in *Kent,* Mr. *Goodyer.*

*Ariſtolochia* longa, *Long Birthwort,* G. 846. P. 291. near *Redding,* ſed in loco ubi quondam fuit Monaſterium, Mr. *Brown.*

*Armeria* flore ſimplici, *William with a ſingle flower,* in a Wood beyond *Redding.*

*Armeria* prolifera Lob. *G.* 599. *Childing ſweet Williams,* in the Meadows betwixt *Hampton* Court and *Tuddington.*

*Armeria* ſylv. humilis flore unico rubello.

*Armoraria,* ſive Lychnis plumaria mas flore albido elegante, by a Ditch in a long lane betwixt *Daventry* and *Dove-bridge* in *Northamptonſhire,* Mr. *Stone-houſe,* Ph.

*Armoraria* fœmina flore albido elegantiori, Neer *Goſworth bridg* in *Oxfordſhire.* Idem. Ph.

*Arme-*

*Armoraria* pratenſis mas, *male wild Williams*, G. 600. variat flore albo.

*Armoraria* pratenſis flore pleno, *double flowred Williams*, G. 600. in *Nether-wood* hall grounds in *Darfield* Pariſh, *Yorkshire*, Mr. *Stonehouſe* Ph.

*Arthemiſia*, mater herbarum, *Common Mugwort*, G. 1103. Arthemiſ. vulg. *P.* 90. in agrorum marginibus.

* *Artomiſia* marina, *G*, 1104. betwixt *Deal* and *Dover*.

*Arum* vulgare maculatum & ſine maculis, *Wake Robbin*, or *Cuckow pint*, with and withont ſpots, *G.* 834. *P.* 372. paſſim ad ſepes.

*Arundo* vallatoria, *Common Reed*, G. 36. Harundo vulg. ſive vallatoria, *P.* 1209. in ſtagnis & udis.

*Arundo* vallatoria 30 pedes longa ex inſula Vecti.

*Aſcyrum*, St. *Peters wort*, G. 542, Aſcyrum vulg. P. 574. in dumetis.

*Aſcyrum* ſupinum villoſum paluſtre, *P.* 574. Aſcyrum ſupinum ἑλοδες *G.* 542. in a bog Eaſt of *Croyden*.

*Aſparagus* ſativus, *Garden Speragus*, G. 1110. P. 454. in the Marſhes beyond *Briſtol*.

*Aſperula* flore Cæruleo, *Blew Wood-roof*. G. 1124. *P.* 562. In the Woods neer *Hamſteed*.

*Aſperula*, *Wood-roof*, G. 1124. Aſperula aut Aſpergula, *P.* 563.

*Aſperula* quinta, *G.* 1125. *Small red flowr'd*

*Wood-*

*Wood-roof*, in *Tuthil fields, and Black* Heath.

*Aſphodelus* Lancaſtriæ verus, Lancaſhire *Aſphodil*, G. 95. Pſeudo aſphodelus major, ſive paluſtris *P.* 1218. in bogs in *Surry*, 2 miles beyond Mr. *Moors* houſe.

Urticæ vel Pulmonis marini ſpeciei memini Ds. *Gunthorp*, litteris ad me datis ex Cornubi his verbis, *Blubber*, eſt Gelatina quædam luci da, variis mixta coloribus, rubro, viridi, cæru leo, albo, eſt globoſa ſubtus cavaq; in cujus me dio apparet quadrilatera, quaſi quis digitu pollicemq; contraheret, denuoq; aperiret & hoc modo nutrimentum ſuum apprehendit: Mag nitudo ejus quanta vola manus continere poteſt exiccata ad nihilum fere redigitur. Aquis inna tat, & huc illucq; à ventis, æſtuq; defertur, cer tiſq; tantum anni temporibus conſpicitur, ſeme quæſivi in loco duabus à littore leucis ubi pri milliones videram neq; unicum inveni, Mai menſe apparet.

Meminit Camdenus in ſua Britannia quatuo piſcium ſequentium, Guini ad in agro Mert nethenſi in palude Bala ſexaginta jugereum Lithoſtrata, 2. Torcoch in Caernarvenſi in palude Limparey, 3. Chare in *Wimander Meer* quos i colæ etiamnum affirmant illic reperiri ſed cer

tantu

tantum anni temporibus, & alterius unoculi meminit in Montibus Caernarvenſ. capti quod mihi dubiæ eſt fidei.

Et vir ornatiſſimus Ds. *Carew* in libro ſuo de Cornubia hos enumerat, *a Barn, a Scad, a Shad, Cudles, a Baſs, a Millet, a Horpool, Dorns, Polleck, Illeck, Cunner, Rockling, Wroth, Becket, Squarrey, Rough-hound*, (quem ſuſpicor eſſe Galeum vulgarem) qui qualeſve fuerint ignoro atq; etiam hos Chicheſtrenſium, *Bland, Pulver, Breſen, Sea rats, & Farthing-Trout.*

*Inſecta* noſtratia primum in genere ſub ſuis claſſibus poſtea in ſpecie propoſita.

Terreſtria favificantia alata, pedata, Anelytra, quadripennia pennis vel membranaceis inſtructa, viz. Apes, fucus, Bombylus veſpa crabro, Tipula quæ non favificat vel *pennis farinaceis*, viz. Papilio qui diurnus, vel nocturnus, uterq; maximus, medius, & minimus, Bombyx,

Anelytra bipennia, Muſcæ.

Coleoptera ſeu vaginipennia. Locuſta, Gryllus, Gryllotalpa, Scarabæus, Proſcarabæus, Capricornus, Cantharides, Cicindela, Forficula.

Terreſtria pedata non alata *ſex pedum*, formica, Cimices, pediculus, Syrones, Ricinus, Pulex, Lendes, vel *octo pedum*, Araneus, vel *multipeda*, viz. Erucæ, Circulio, Ambulo, Scolopendra, Julus, Aſellus.

Terreſtria apoda ſunt vermes 1. Plantarum, 2. Fruticarii, 3. Leguminarii, 4. Herbivori, 5. Animalium, 6. in Homine, 7. Limax & Cochleæ.

Aquatica paucipeda. Squilla, pediculus & pulex mar.

Aquatica multipedi, Scolopendra.

Aquatica apeda. Hirudo, Stella, Lumbric mar. Seta, vermes in navibus, tubulis, teſ teſtaceorum, Teredines.

*Favificant.*

Apis, *a Bee, or Been*, I. 4. t. 1. Ald. 159 Apiarium, I. 25. t. 2. inter has Regulus. Da tur ſylveſtres minores, nigriores.

Fucus, *a Drone, or Dran*, I. 4. t. 1. Ald. 159 hujus variatur color ut in apibus.

Bombylus, *a Humming, or Humble-Bee*, 4. t. 1. M. 53. Horum nidus, I. 25. t. 2. Re peritur major minorq; & alter nigricans, cu pedibus flaveſcentibus.

Veſpa, *a Waſp*, I. 4. t. 1. M. 42. Ald. 20 Veſpeta Ald. 209. &c. I. 25. t. 2. Habem flavam & nigricantem utrumq; majorem minorem, & alteram longiorem, & inſup pſeudo ſphecas aculeo carentes degentes in p rietibus ex limo conſtructis.

Crabo, Tenthredo, *a Hornet, or great Waſ* I. 4. t. 1. Mouf. 50. Ald. 226. Crabrone 300. &c. I. 25. t. 2.

Libellæ, Tipulæ, perlæ, *Briſes, or Breeſ Adder bolts, Dragon flyes, and Water Butte flyes*, I. 41. t. 4. 138. t. 27. Ald. 303. ad 30 M. 66. ad 71. quarum ſpecies.

1. Vireſcens cum maculis in collo, ſummiſ lateribus ex fuſco viridibus.

2. Priori ſimilis ſed colore obſcuriore.

3. Oculis margaritis ſimilibus, alis argent macula fuſca fimbriatis.

Lutea cum 4. vel 5. ſpinulis in caudæ extremitate.

5. Corpore & capite cœſiis, ore magno, cum 3. ſpinulis in cauda.

6. Cum Maculâ nigra in medio alarum & 2. ſpinulis in cauda.

7. Rubea capite collo & ſcapulis luteis.

8. Brevis toto corpore lutea, & cauda quaſi abſciſſa inter ſegetes.

*Mediæ*, 1. Capite Cæruleo aliis violaceis.

2. Cæſia cum alis albeſcentibus, cæſiis lineis in longum ductis, medioq; purpuraſcentibus.

3. Subviridis cum alis ſtriatim ſanguineis, verſus marginem purpuraſcentibus.

4. Fuſca cum viriditate fatiſcente.

5. Viridis cum oculis cæruleis.

6. Viridis ex toto, ſed in alis leviter.

*Minimæ*, 1. Cyanea alis argenteis.

2. Rubra alis argenteis.

3. Crocea, caudâ protuberante & ſanguineo colore maculata.

4. Minima, cauda exili longa, capite magno.

*Lacuſtres*, 1. Cauda bifurcata, corpore longo.

2. Lutea, caudâ bifurcata.

3. Fuſca longis alis cruribus, antenniſq; Juxta paludes & ſtagna. Tipulæ ortum ex pediculo marino Clarè demonſtravit mihi, D. *Ball*.

Papilio, I. 46. t. 5. & 56. t. 6. 7. 8. Ald, 237.

ad.253.M.89 ad.108. eſtq; vel diurnus, *a Butterfly*, vel nocturnus, *a Miller*, qui phalæna dicitur cujus ſpecies ſequuntur.

Phalæna major, 2. exigua argentea nigris maculis notata, *a Moth*, 3. minor cum aliis externis nigris, quinq; maculis internis rubris, 4. minor gracilis cum quatuor ſanguineis maculis in aliis exterioribus, 5. minor cum guttis ſanguineis duabus circa extremitatem alarum, 6. major cum exterioribus alis fuſcis internis aureis nigrâ lineâ fimbriatis

Papilio diurnus maximus, maximam partem flaveſcens, reliquam pene nigricans, 2. Cum antennis porrectioribus oculiſq; nigerrimis.

1. Papilio diurnus medius ex pallido flaveſcens.

2. Cum corpore & alis externis nigrioribus fuſcis hic illic maculis notatis.

3. Cum ſpinoſis crenis fuſcus.

4. Dorſo nigro, ventre thoraceq; albis.

5. Corpore & antennis liveſcentibus, capite aliſq; pallidis.

6. Oculo nigro, pupilla candida; aliſq; Dracontii modo variis.

7. Alis æreis micantibus venulis, & fimbriis maculis nigris conſperſa.

8. Antennis ex luteo rubeſcentibus,& alarum limbis multicoloribus.

9. Capite, aliſq; lacteis quibus maculæ fuſcæ & nigricantes.

10. Ultima parte alæ exterioris clypeolo ni-

gr

gro, quem medium punctus eburneus ornat, decorata.

11. Alis arctiſſiſſimis, cauda lata & quaſi plumoſa.

12. Corpore Cinereo, caudaq; nigricante.

Papiliones minimi, 1. Cum alis externis coccineis externis purpuraſcentibus.

2. Alis cæſiis, & æruginoſis, intus oculatis.

3. Pedibus purpureis, & corpore fuſcis punctulis pleno.

4. Alis oculatis cyanum cæleſtem ſpirantibus.

5. Corpore gruino, in medio alarum luteo Cineritia.

6. Corpore, pedibus, capitulo, antennis Cineritiis.

7. Summe nigra, primiſq; alis deargentatis.

8. Alis omnibus palleſcente flavo nitentibus.

9. Alis conchatis, & clavatis, ex albo & obſcurè rubente variis.

Muſcæ, *Flies*, a volando vid. iconas apud, J. 68. t. 9. I. 70. t. 10. I. t. 19. 142. Ald. 346. ad 349. 471. &c. M. 58. ad 67. Harum ſpecies ſunt.

1. Carnivora in macellis uſitata, *the Fleſh-fly*, 2. Hippoboſcus, *a ſide or Horſe-fly*, 3. Tabanides, *a Burrel-fly, Stout, Brees, Clog, or Cling* 4. Culiciformis craſſiuſcula ex rubro flaveſcente. 5. Culiciform. Capite longo, productis pernigriſq; cruribus inter volandum pendulis, poſte-

 riora

riora crura anterioribus multo productiora. 6. Curvicauda, *briſtle-tail'd, with two hairs, or more.* 7. Scorpiurus. 8. Bipilicauda. 9. Tota nigra, pedibus ex croceo flaveſcentibus. 10. Pedo, Gruina, *the Crane-fly.* 11. Pedo fœmina, *Shepheards.* 12. Stercoraria. 13. Humipeta, *a gray Path-fly*, pro piſcibus capiendis. 14. Inter malvas & urticas degens. 15. Bibio vel Vinula, *the Wine-fly.* 16. Herbivora max. 17. Nocturna minima virideſcens examinibus volunt inordinate. Eulæ, *Maggots*, Eularum ova, *Fly-blows.*

18. Muſca ex phryganio orta pro truttis alliciendis, *the Cados fly.*

19. Muſca in Calicibus herbæ Ben reperta.

20. Muſca nocturna minima viridis alis porrectiſſimis ex foll. fraxini.

21. Muſca priori ſimilis niſi quod fuſci ſit coloris ex foll. aceris majoris.

22. Culex, *the Gnat*, qui ſi minor *Midges* dicitur.

23. *Culices* pyramidales duo in Anglia Aquilonari, *Monff.*

24. *Culex* ex pomis Quercinis ortus, idem.

Locuſta, *a Graſhopper*, cujus datur apud nos major & minor ubiq; in pratis pinguioribus.

Gryllus, *a Cricket*, I. 78. t. 12. Ald. 443. M. 124. in Caminis & Piſtrinis.

Gryllotalpa, *Evochur, Fen-Cricket, & Churworm*, I. 78. t. 12. 88. t. 13. M. 164. In hortis & ſtercoretis.

Scarabæus, *a Beetle, Bug, or Clock*, I. 90. t. 15.

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Hydrocantharus* major [illegible]

[illegible] Cochleatus.

[illegible]

[illegible] *Caro* [illegible]

[illegible]

t. 15. & 94. t. 14. & 100. t. 16. Ald. 450. ad 461. M. 148. ad 164. 327. 328. 330.

Scarabæus cervus volans dictus, *a ſtag, or flying Fly*, M. 148. I. 94. t. 14. Ald. 451. In agro Hantonienſi.

Capricornus, *a Goat Chafer*, M. 149. I. 90. t. 15. Ald. 452.

Scarabæus ſtercorarius vel fimarius, *a dung Beetle, or Sharnbug*, M. 153.

Smaragdus vel viridulus, *a green Chafer.* M. 160.

Scarab. arboreus *Dors*, M. 160. in lignis aridis habitat.

Hydrocantharus major Anglicus vel noſtras, M. 327. *Water Clocks.*

Scarab. Pilularius melanocyaneus, ubiq; occurrit in agro Colcheſtrenſi.

Scarabæus minor ruber maculis nigris notatus, *a Lady-cow*, M. 161. Hujus aliam ſpeciem obſervari paulo majorem ſine maculis, & alteram ex rubro nigroq, pulchrè teſſulatam.

Scarab. minor nitore ſplendens, & alter Cæruleus Cyaneuſve.

Proſcarabæus, *an Oil-beetle, or Oil-clock*, M. 162.

Cantharides ex cicutaria, M 145.

Cicindela, *a Glo worm, Shine-worm, Glaſs-worm*, viz. fæminæ quæ vermes ſunt, mares autem ſunt alati, nec lucent, *Mouff.* 109.

Cicada aquat. *Rondel*, foliis Nymphæa, potamogeiti aliarumq; plantarum inſidet, M. 137.

Bruchus, *a Field Cricket.*

Blatte

Blatta fætida, Londini in Cellis vinariis, M.
139.

Blattam obſervavi depaſcentem folia ulmorum
novellorum relictis fibris quæ elegantiſſime diſſ-
ſecta erant.

Forficula vulg. *a Earwig*, Borealibus, *Twitch-Ballock*, M. 171. Datur vulgari major & corpo-
re nigricantiore.

Formica, *an Ant, Emet, or Piſmire*, I. 114. t.
17. Ald. 517. Inter has aliæ pennatæ, aliæ im-
plumes.

Cimices domeſtici impennes, *Wall-lice*, Punies,
M. 269. I. 118. t. 3. Ald. 542. In parietibus, &
lectorum ſpondis.

Pediculus, *a Louſe*, M. 259. in capite ſimpli-
citer, *a Louſe*. 2. Morpiones, *Crab or peirt lice*, 3.
Corporei maculati, *Body-lice*.

Pediculus marinus, Ald. 712. I. 188. tab. 14.
Pediculi ovium ſeu Ricim vel potius Reduvii
*Ticks, Sheep-lice*, M. 272. & etiam in aliis ani-
malibus ſibi peculiares generantur, viz. in Equis
bobus, vitulis, porcis utii dicti. Canibus, Capris
Cervis. In Salmonibus, Accipitribus, Gallinis
Columbis, Anſeribus, Coturnicibus, Phaſianis
Perdicibus, &c. In plantis, nempe Abrotano, ab-
ſynthio Nymphææ floribus, & potiſſimum Aqui-
legiæ foliis, fructu pruni majuſculi,

Pulex, *a Flea*, Videſis iconem in Microgra-
phia Di. *Hook*.

Aſellus mar. ſquillam refert, M. 322. Hos con-
fertiſſimos vidi in ſtatione navium *Billingſgate*
dicta cymbam aſcenſurus poſt æſtus refluxum.

Pul

Pulex aquaticus, minutiſſimum animal in agro intra S. *Jameſes & Mary-bone*, juxta aquæductum.

Lendes, *Nits*, ſunt pediculorum ova.

Aſellus, *a Sow*, *Tylers louſe*, *Thurs-louſe*, *Cheeſe-bug*, *Cheeſe-lip*, M. 203. I 107. tab. 23.

Aſellus arvenſis Julio hunc in agro Colceſtrenſi vidit Pennius inter ſegetes, alias nunquam repperit, M. 247. Hexapus eſt.

Araneus, *a Spider*, M. 234. I. 130. t. 18. Ald. 608. Eſtq; Domeſticus vulgaris, 2. Fuſcus non nullæ pelluciditatis, 3. Retiarius inter roſarum ramulos rete artificiociſſimum expandens, vel ſylveſtris, 1. Sepiarius craſſiorem telam texens, 2dum in agro Colceſtrenſi obſervavit Pennius inter origanum ſylveſtre muſcis inſidiantem, 3. Opilio, *a Shepheard*, 4. niger breviuſculis pedibus ovum nigrum ſub ventre portans, 5. nigerrimus magno corpore pedibus breviſſimis in putridis & cavis arboribus degit, 6 oblongus cauda acuta, 7. Araneola ruberrima boves mordens, *Blain worms*, *Twings*, & in Borealibus, *Tings*, quæ inter bupreſtas numeratur, *a Mouſ*, 141. 9. Lupus maximus fuſcus globoſus, 10. Lupus medius tinctura griſea, 11. Lupus nigrior in dorſo Cruciger. Lupus non inepte vocari poteſt, *the leaping or dancing Spider*, 12. Araneus parvus luteus ventre nigro ex Roſis Damaſcenis, Jun 13. 1666.

Erucæ, *Caterpillers* generali nomine, hirſutas vocant Boreales *Oubuts*, Meridionales, *Palmer-worms*, M. 179. I. 142. 144. t. 19. 20. 21. 22. Ald. 266. &c.

Erucæ

Erucæ glabræ, *Canker-worms*, domeſticæ wi rides ſunt, 1. Liguſtrina nobiliſſima. 2. Sambu cina priori ſimilis. 3. Lactucaria. 4. Meſpilarii 5. Quercina hæ omnes decempedæ.

Erucæ flaveſcentes, 1. Tiliaria. 2. Salicina. 3. Porcellus in trifol. paludoſo. His adde ſphondyl len ſeu verticillum, Borealibus Andever, Meri dionalibus, *Whurl-worm* nuncupatam, M. 196 I. 114. t. 17.

Staphylinus, *the poyſonous Caterpillar*, M. 197 I. 114. t. 17. cujus duas ſpecies proponit *Monff*. Prima tota cum ſplendore nigricat, corpore gra cili & longo. Secunda Caput parvum puniceo fuſcum fere globoſum, os forcipatum & exiguum habet.

Erucæ variæ, 1. Populnea maculata. 2. E albo viridis in inceſſu gibboſa. 3. Nigerrim pedes caudamq;. 4. Coſtis miniacei Coloris 5. Populnea ex Ochræ colore & albo. 6. Striata alba ex flavo. 7. Undulata Cinerea ex nigrican te. 8. Ranunculata, tota varia. 9. Glauco-nigr

Erucæ hirſutæ denſius pilatæ ſunt, 1. Ambu lones, *Palmer-worms*, *&* *Bear-worms*. 2. Flav collo ventreq; piloſis. 3. e Fuſco flava cum cap te puniceo furca invea ornato. 4. Flava ex fuſc dorſo piliſq; dorſi, ventre ejuſq; pilis utriſq fuſcis, 5. Corpore vario puſillis guttulis ſub cæ ruleis decorata. 6. Lucophæa ſetis valde ſertace is, rigidiſq;. 7. Peniculata cum cunei formibus i dorſo maculis 8. Murina cum pilis in dorſo cune atim diſpoſitis. 9. Singulis inciſuris variis ab inv cem coloribus. 10. Ornata liris nigris, Cæruleis

viridibu

viridibus & luteis. 11. Cum in ciſuris albicantibus & praſſinis. 12. Corylaria ſaturate viridis. 13. Corylaria pallidius vireſcens. 14. Meſoleuca. 15. Urticaria cum pilis erectis rigidiuſculis. 16. Braſſicaria capite cyaneo. 17. Sepiaria major croceſcente vultu. 18. Sepiaria minor cum facie ſubcærulea. 19. Antennulatæ. 20. Jacobæica capite, pedibuſq; obſoletis. 21. Echinata cæruleo virens. 22. Echinata meſoleuca. 23. Rubicola nigrocineritia liris utrinq; tribus pallide flaveſcentibus. 24. Verbaſcina. 25. Lupulina. 26. Scrophularina. 27. Alnina. 28. Ulmina. 29. Tithymalina. 30. Glycyrrhizina. 31. Salicina. 32. His adde Bombycinam cum ſuo papilione & ſingulis metamorphoſibus quas vide belle depictas apud M. 181. I. 153. t. 22. & 171. t. 23. Ald. 280. 282. ſed hæ Erucæ non niſi à curioſis aluntur.

Ad Erucas ſpectant Aureliæ, quæ vel vellere cooperiuntur, vel glabræ ſunt, utræq; varii coloris, & nunc auro illitæ (quæ verè Chryſalides) nunc vero (quæ ſpuriæ) aureo colore vacuæ.

Scolopendræ, *Many feet*, & Scolopender, M. 199. I. 171. t. 23. Ald. 636. 714.

Scolopendra nocticula, in Ericetis muſcoſis toto corpore lucens.

Scolopendra mar. alia griſei alia rubicundi coloris in oſtrearum areis. M. 322.

Julus, I. 171. t. 23. *a Gally-worm*, eſt brevis ſcolopendra cujus ſpecies Lactucarius glaber capite nigerrimo dorſo flavo. 2. Totus niger, alba linea excepta à capite ad caudam uſq; recta ducta per dorſum. 3. Obſolete flaveſcens cum capite pedibuſq; rubris.

Juli-

Julius Hirſutus, albicans cum pilis breviſſim innatis nigris, 2. ventre ſublivido, dorſóq; im mæna flavedine maculato, 3. Exilis ſpadiceus p dibus exiguis & numeroſis.

Vermes in homine, M. 249. I. 175. tab. 2. & 194. tab. 25. lumbrici ſimpliciter, *Gut-worm* 2. Cucurbitini, Tæniæ, *Flat-worms*, 3. Aſcar des. 4. Syrones in cute, *Wheal-worms*, in fac Barons nominantur, inventi etiam in Cereb pulmonibus veſica (quos excretos non ſemel v di) in auribus dente Lingua, liene, fellis veſic la, renibus, utero, ſub unguibus in panariti Acarus, *a Hand-worm*.

In aliis animalibus ſc. in Equis, bobus (qu bots appellant) vitulis, canibus, porcis, Salmo bus in quorum inteſtinis hi ſoli ſine Chylo re periuntur, in hepate ovium quos Lanii *Floo* vocant. In radice cornuum Cervorum, Capr rum, ovium. Lytta ſub lingua Canum rabid rum. In mullis, Gobiis fluviatilibus, leuciſc Oſtrearum teſtis.

Vermes Terreſtres majores, *Earth-Worm* 2. Minoros rubri pro piſcatoribus. 3. Sublivi 4. Cauda flava, *Yellow tails*. 5. Torquati & p gues. 6. Minores appellantur, *Meds & Grubs*.

Arborei ligniperdes 1. Deces in truncis cr ſcentibus. 2. Enxyla in aridis & exuccis. 3. Th pes in ſolidis ſiccis. 4. Teredines Coſſi, *Timb Worms*, in cæſa materia. 5. Termites in lig calidioribus, Teredines in navium tabulis. 6. C ticarii. 7. In omni frutice & ſuffrutice.

In fructibus, viz. Sorbis, Meſpilis, Pyris, Ma Glande, Gallis, Nucibus.

In planti
phodelo, V
pite, Rosa
minarii ve

Syrones
tis nondum
Curculion
*Meal-wor*

Vermes
ſanguineo
dæ.

Vermes
cuſtodit or
verus natu
quatiis, l.

Hirudo,
*ſucker*, el
733. l. 19

Limax,
*Snail*, Ald

Cochlea
tiſſimi eſt

Cochlea

Cochlea

Seta aqu
triri ex ſe

In plantis, Carlina, Pimpinella, Lupulo, Aſphodelo, Violis, Perſicaria ſiliquoſa, Dipſaci capite, Roſarum pomis & cæteri herbivori, leguminarii vel fruticarii dicti.

Syrones in cera, & in caſeo *Mites*. In frumentis nondum mola confractis & malta ſeu byna Curculiones, *Wivels*, *Popes*, 7. frumentarii, *Meal-worms*, Blatta, Tinea, *a Book-worm*.

Vermes minimi rubri, aquam ſtagnalem colore ſanguineo inficientes unde vulgus dira portendit.

Vermes (in aceto quos non ſine arte ſemper cuſtodit ornatiſſimus Collega meus Dr. *Goddard* verus naturæ myſtes, ſimiles ſunt lumbricis Aquaticis, I. 194. t. 25.

Hirudo, ſanguiſuga, *a Horſe-leech*, *a Blood-ſucker*, eſtq; ſalutaris vel noxia, M. 323. Ald. 733. I. 194. t. 25.

Limax, *a Snail without a Shell, the Houſe-Snail*, Ald. 703. I. 175. t. 24.

Cochlea alba major cum ſuo operculo, ſuaviſſimi eſt ſaporis in Suſſexia.

Cochlea alba minor, ubiq; in hortis.

Cochlea vulgaris teſta variegata.

Seta aquat. M. 325. Ald. 765. vulgo creditur oriri ex ſeta caudæ equinæ aquis immerſâ.

*Serpentes.*

## Serpentes.

ANguis, Coluber, *a Snake*, G.69. I.24.t.
Ald. 270.

Vipera, *a Viper*, G.125. I.10. t.1. Ald.11
116.

Typhlops, Cæcilia, *a blind-worm*, G.61.A
245. I. 20. t. 4.

*Metalla.*

Aurum eruitur ex ſtanno at parva quantita

Argentum ex minera in Cambrobritannia e
itur etiam ex minerâ ſtannea majore quantit
& ex plumbea ſed minore.

Stannum ex mineris Cornubienſibus & Dev
nia occidentali & in totam Europam diſtrahi
utpote optimæ notæ metallum, ſtannurgi
ſtinguunt in Pyran & *Murdick & Block T*
& lapides ſtannei nuncupantur, *Shoad.*

Cuprum effoſſum erat Wenlochiæ in agro
lopienſi & Rich. 2di, tempore dives minera C
prea Richmondiæ in Epiſcopatu Dunelmenſi,
inſuper Keſwici & Newlandiæ in Cumbria,
minore copia in Cornubia, Edw. 1. & 2di te
poribus.

Ferrum abundat in quamplurimis Angliæ
cis utpote in Suſſexia, in ſaltu Dean. dicto i
gro Gloceſtrenſi, in Cantio, juxta *Bromichar*
agro Warwicenſi, uti etiam in Sommerſete
Hantonienſi, Dunelmenſi, Salopienſi, & Shef
diæ in Eboracenſi, Diſtinguunt ferrarii in *C*
*ſel, & Redſel*, Scotia vocatur *Slag.*

Pl

Plumbum in collibus Mendipenſibus iń agro Sommertenſi, Combertoni in Devonia, ad originem fluvii *Iſtwyd* in Cardigania, Richmondia, ad Abbatiam fontium in agro Eboracenſi præcipue autem Wenſdaliæ & Maſhæ, optimum autem effoditur & maxima copia Braſſenmoræ & Dovegangæ in agro Derbienſi, ex plumbo fiunt Lithargyrus, Ceruſſa, Minium.

Antimonium repperitur in mineris plumbeis Derbienſibus.

Mineralis quædam gleba ex effusâ aquâ calorem igneum acquirens, cujus meminit immortalis Boylæus in lib. de frigore.

*Diaphani.* Adamantes quos vocant *Briſtoll-ſtones* ex rupibus Divi Vincentii non procul dicta Urbe, ex mineris ſtanneis Cornubienſibus & rupe quadam inde *the Diamond Rock*, denominata, ex tractu meridionali Cambrobritanniæ.

Achates, *the Agate*, ex Cornubia uti referunt quidam.

Cryſtallum effodi in agro Derbienſi ſcribunt auctores ſed credo eſſe ſolummodo fluores.

Fluores, *Spars*, varii apud nos inveniuntur, ex agro Cantabrigienſi ſexangulares & in aliis locis multum differunt quoad colorem, figuram, & pelluciditatem, Sequētes ſervo in penu meo quos metallurgi Derbienſes hiſce nominibus diſtinguunt in candidum, purpureum, Amethyſtinum ſeu violaceum. *Dog* (1) caninum, *Tooth Spar*, dentatum, Aquaticum & rubrum. Quidam immixta continent plumbum, cuprum, ſtannum

Q vari-

varioſq; alios lapides præſertim Marcaſitas.

Hyacinthi impuri ex agro Eboracenſi.

Smaragdus ignobilis ex agro Eboracenſi.

*Ex animalibus.* Alectorius in Stomacho Gallorum inventus.

Bufonius, *The Toad-ſtone*, falſo ſic dictus, demonſtravi enim coram ſereniſſima Majeſtate regia (in Collegio noſtro qui intereſſe dignatus est exquiſitiſſimis prælectionibus ornatiſſimi Collegiæ Dris Georgii Ent quem titulo Equitis aurati merito honoravit) hunc eſſe dentes mollares Piſcis Lupi, quem vide apud *Scwhenckfelt* & *Jonſt*. de Piſc. t. 47. Et Aurifices ſumma cum admitatione confeſſi ſunt hoſces molares eſſe vero lapides bufonios ab iis divenditos. Geſn. in appendice proponit ſub nomine Anarrhicæ.

Ex animalium felle, in ſuſpenſa vidi multos ſeminibus Coriandri ſaccharo incruſtatis ſimillimos, in Veſica etiam Ovilla quem à ſeipſo inventum mihi oſtendit Dr. *Hamey*, ex inteſtinis, renibus, Pulmonibus, Cerebro, & aliis partibus. In vetula ſuſpenſa vidi diaphanum quendam, duriſſimum, ex crure extractum, & in ſenibus non ſemel obſervavi magnam partem Aortæ petrefactam.

Carpionum lapis. Cancrorum oculi male ſic nominati, eximuntur enim ex Cammarorum capitibus certis anni temporibus. Limachum, qui videntur nil aliud eſſe quam horum animalium Cranium-Chelidonius in Hirundinibus. Margaritæ frequentes ſatis in quibuſdam Oſtreis præ-

ſerti-

ſertim Scoticis, majores dicuntur extrahi ex Mitylis grandioribus ad *Kerby Lanſdale* in Weſtmorlandia, Cornubia, Cumbria, & agro Salop. Percarum inveniuntur in Capitibus omnium Aſellorum noſtrorum ſupra memoratorum.

*Opaci.* Alablaſtrum vel Alablaſtrites in agris Staffordienſi, Derbienſi & Lincolnienſi ad inſulam Axholm.

Ammites vel Hammites *Sand-ſtone*, ubiq; obvius variorum colorum & qualitatum, qui pro ædificiis inſervit appellatur *Free-ſtone*, & nomen ſortitur à latomia unde effoditur, exigra, *Purbeck ſtone*, ex quo conſtruitur Templum Divi Pauli hic Londini, ex inſula *Purbeck*.

Arena alba, lutea, Littoralis, rubra, omnes craſſiores vel minores.

Aſtroites, *the Star-ſtone* Ald. 880. *Boodt* 300. Shugburiæ in agro Warwicenſi & variis Angliæ locis, Luteſcentem & cæruleum inveni in loco unde argilla effoditur ejuſdem coloris Winchcombiæ in agro Glloceſtrenſi.

Belemnitæ variorum colorum, quarum quædam ſemidiaphanæ aliæ magis opacæ. Vulgo vocantur, *the Thunder-bolt*, Ald. 621.

Corallium ſeu potius Pſeudo-corallium quandoq; invenitur in littoribus noſtris, maxime Cornubienſibus.

Cotes, novaculæ, *Whet-ſtones*, & coloris nigricantis, & aliæ flaveſcentes ex Hibernia afferuntur, & agro Derbienſi.

Calaminaris, *Calamie*, ex quibus æs conflatur

ex collibus mendipenſibus ſupra memoratis, ex hoc lapide Cadmia, botrytes, placites, &c. de quibus vide *Math.* in Dioſc.

Lithoxyla. In agro Staffordienſi ager qui cit convertit quodcunq; lignum in lapides & variis locis in Hibernia.

Magnes bonæ notæ in rupibus *Dartmore* in Devonia, & alibi viliores.

Manganeſe ex collibus mendipenſibus de qua plura in obſervationibus meis in artem vitrariam nuper editis.

Marcaſitæ variæ ex quibus Vitriolum conficitur, ſeu pyrites *Copperas ſtones, & Fire-ſtones,* in toto littore Orientali noſtro & plurimis locis terreſtribus. Variant quamplurimum quoad colorem, Sc. Aureum, Argenteum æneum, ferreum & quoad figuras innumeras quarum plures icones exhibuerunt C B. in hiſtoria Balnei Bollenſis Ald. 574. &c. cubica forma exhibent tractu noſtri boreales, ænei plane coloris.

Marmor in agro Somertenſi. In Scotiæ & Hiberniæ variis locis, in inſula *Purbech* ad *Egerton* in Epiſcopatu Dunelm. & in agro *Hereford.*

Marmoris maculati ſpecies in agro Eboracenſi.

Molares, *Grinde, or Grindle ſtones,* ex inſula Angleſey & *Flint-ſhire,* & in agris Derbienſi, Ceſtrienſi, & Staffordienſi.

Sciſſiles & cruſtoſi, *Slates or Tyles,* ſunt cærulei, & coloris folii ſalviæ in Cornubia, griſei ſ vulgares ad *Colly Weſton* in Northamptonia in *Cotes-Wold,*

Silex

Silex, *the Flint-ſtone*, nigricantes albi & quandoq; gemmas Diaphani etate & duritie imitantes, & alii margam continentes Ald. 214. Rufeſcentes ſunt matrix pſeudo adamantum Cambd.

Silex Dactylites ad littus Cantianum Ald. 730.

Smiris, *Emerie, or Emeril-ſtone* in inſula Sara vel *Guarnſey*.

Syrtes ſeu ſabulum vivum, *Quick-ſands, or Cocker-ſands* in Lancaſtria & in Cantio ad Vias regias.

Triorchis Virideſcens hunc invenit Ds. *Marmaduke Rawdon* Eſſexienſis ad *Whitby* in agro Eboracenſi Ald. 484.

Præter ſuperiores habemus Aluminoſos varios in agro Eboracenſi & aureos dictos ex aureo clivo Herefordienſi.

Calcarius ubiq; optimus cenſetur ad *Barrow* in agro Liceſt.

Clivoſi dicti Coloris griſei marmoris, aliiq; nigri, inſtar gagatis in Cornubia.

Cylindrici, ſilicei intus extraq; ad *Badmington* in agro Glouceſt.

Ceraunias Ald. 611. & Ombrias id 616. quandoq; ſed raro apud nos invenitur.

Gypſum præſtantiſſimum ex agro Darbienſi quo utuntur ad domorum areas & Concamerationes.

Hibernici, *Iriſh-ſlate*, pro inſcribendis rebus memoriæ cauſa. Maculoſi Punctis ſanguineis ad fontem Sanctæ Winifredæ in *Flints*. *Moor-ſtones* (1) Paludoſi pro ædificiis in Cornubia,

Metallici teſtulati. In agro *Richmond*.

Porus & Tophus ubivis pene occurrunt.

Ruber ad margines fluvii *Erwell* in agro Lancaſtrienſi & in fundo fontis Sanctæ Winifridæ:, & ad *Penrith* in Cumberlandia.

Sabulum *Pebles*, Campos noſtros nimiis infeſtat.

Sepulcrales duri Cærulei ad *Packlchurch* Glouceſtr.

Arietis cornu ſimilis inter Briſtoliam & Aquas Solis.

Saxum eſt pluribus calculis à natura productam ad *Highgate* montem Aſcenſuro.

Tartarum ex doliis vinariis.

Ex Fodinis plumbeis Darbienſibus miſsi eram ſequentes ſub hiſce nominibus, *Cauk & Baſtard Cauk*, *Black Chert*, *Wheat-ſtone*, *Sheaf*.

Lapides pro pavimentis platæarum, *Rance Rocheſter-ſtone*. Silices, *Ragman*, quibus utuntu pro platæis Lond.

Lapis ſpongioſus albiſsimus & læviſsimus e littore Eſſexiano.

Lapis ſchiſtus Cornubienſis diu calorem retinens, *the Warming-ſtone*.

*In Lapides Corverſa*. Sunt Cochleæ vulgares & Turbinatæ, Pectines, Oſtrearum teſtæ Mytilorum ad *Badmington* in agro Glouceſtr.

Bucardites primus Ald. p. 479. Hunc ad m tranſmiſit filius meus Robertus natu maxim Oxonio quem illic invenerat.

Echinites Ald. 455. 10. noſter eſt plane ſil albus cretâ obductus. Glo

Gloſſopetra, *a Tongue-ſtone*, *Boodt.* 341. Ald. 602. &c. ſunt dentata & ſine dentibus in Variis matricibus latent ex mineris Carbonariis.

Ophiomorphites cum & ſine aculeis, *Snake-ſtone*, Ald. 540. ad *Keynſham* & *Adderley* juxta terræ ſuperficiem in agro Glouceſtr.& ad *Farnham* in Surreia ſed alterius coloris & ad *Whitby* in agro Eborac. Ds. *Marmaduke Rawdon* mihi Ophiomorphitem, Oſtendit quem in horto ſuo ſervat cujus Diamiter 21. pollices æquat, Ex agro Eboracenſi. Ex varia conſtat materia.

Stelechites varii, quoſdam cum nodis quales in arboribus apparent, alios ſine his, quoſdam radices plantarum referentes, alios animalium caudas, cæteraſq; partes ex mineris Cambrobritann. attulit Regiæ Societatis ingens lumen *Robertus Moray* Eques auratus, vid. Ald. pag. 867. qui hiſce auxit locupletiſsimum Cimelium dictæ Societatis.

Stalagmites varii *Dropping-ſtones*, ex fonte *Knaesborough* in agro Eboracenſi, vidi ſtramina, & integrum panem & Caſeum(qui forſan Tyromorphus Ald.) muſcum & plurima alia in hoc fonte petrificata, & ad puteum *dropping-well* appellatum, & in *Bughan* in Scotia.

Fungitem poſsideo elegantiſsimum ex agro Eborac.

Oſtra accomorphites Ald. 464. ad *Bidſord* Northampt.

Spatagoidem oſtendit mihi Dr. *Ball* ex ſilice exemptum, in quo piſcis modulum confecerat ſuæ figuræ, & magnitudini conformem. In hoc

lapide comparuerunt ſingula lineamenta ſpatagi nudi, unde & ex aliis quamplurimis liquido mihi conſtat multos lapides pro naturalibus habitos ex animalibus eorumve partibus mediante ſucco quodam terreſtri effictos, vel hæc figuram ſuam communicaſſe argillæ vel terræ cuivis molli, & poſtea periiſſe ſervata figura, ut in lapidibus Iſlebianis liquido patet, in quibus ſedulo obſervatori ſquammæ occurrunt manifeſtæ.

Hiſce accenſeri poſſunt Amygdaloides, Umbilicus marinus Eboracenſis Muſ. Trad. Agrifol. folia petrificata ex lacu Hibernico *Loughneath*, ib. Sideroites ex agro Cantabrigienſi & ad *Sapworth* juxta *Sharſton* in agro Wilton. Cochleæ & Turbines in Norfolcia. De Teſtis piſcium affirmare haud dubitarim nullas ex ſupra memoratis non alicubi apud nos inveniri petrificatas.

Lapis caudam felinam vel alterius animalis minoris referens ex plurimis articulis conſtat ad cujus articulationem plurimæ in ambitu ſtriæ Ex *Holy Iſland*. Incolæ vocant St. *Cutbeards beads* Ds. *Rawdon*.

Concha oblonga craſſaq; coloris Lyncurii ex agro Wigornienſi ubi vocant *Crow-ſtones* & *Crow-cups*, & à forma oblonga *Egg-ſtones*, ex quibus autem conchis noſtratibus proveniant conjecturâ aſſequi haud facile eſt.

*Ardentes*. Carbo foſſilis *Pit-coal*. Ex Novicaſtro, Tinmoutha, Epiſcopatu Dunelmenſi, Inſula Coquet dicta.

Lithantrax, *Stone-coal* in agris Derbienſi No-

tin-

tinghamenſi in borealibus Leiceſtrenſ. Salop. Pembrock. Caermarth. Sommerſ. ubi æneі ſæpe apparent Coloris, referunt quidam mineram Carbonariam quondam accenſam adhuc ardere ad *Penneths-Chaſe* in agro Salop.

Lapis Obſidianus (in fallor) *Kennel-coal* ex quo varia artificia fiunt.

Bitumen, Pitchfordiæ (1) Piceum vadum in agro Salop. ubi fons perpetuo Bitumine opperitur, atq; etiam in Scotia non procul Edinburgo & Dunelmenſi Epiſcop.

Ceſpites bituminoſi *Turfs*, præſertim in agro Lancaſtrienſi ubi Incolæ utuntur vice Candelarum.

Gagates, Iet. In Norfolcia & prope Mulgravii caſtrum in agro Eborac.

*Salia.* Alumen nativum Cantabrig. Eborac. & Cantianum ex penu Tradeſc.

Alumen factitium in agro Eboracenſi.

Vitriolum copioſiſſimum in quamplurimis locis.

Nitrum ubivis & Aphronitum in cellis vinariis.

Sal marinus coquitur variis in locis, Camaloduni in Eſſexia, Foſsilis albus & ruber, in Muſæo Tradeſc.

Sal ex puteali aqua coctus albiſſimus, vid. fontes poſtea.

Lapides ex *Snowdon* monte altiſsimo, ex quibus Ellicitur Alumen, Vitriolum, nitrum.

*Terra*. Fabrilis Rubrica, *Red Ochre*, *Marking-ſtone*, *Redle & Rudle* in agro Herefordienſi, Hantonienſi, Lancaſt. Rutland.

Nigrica fabrilis, *Black ledd*, Peculiaris hæc terra Angliæ Europææ & Americanæ & hactenus nomine caruit, ideoq; favente Analogia hoc ipſi impoſui ad *Keſwick* in Cumbria.

Ochra, *Yellow Ochre*, *yellow Stuff*, Hereford. In agro Sommerſ. Oxon. & Scotia, denominantur, à locis unde petuntur.

Azurum ſive cæruleum foſsile in Scotia Cambd.

Umbra, *Umbre* ex Briſtolia.

Lapis cæruleus *Killow* dictus ducendis lineis idoneus in agro Lancaſt. Figlinas habemus varias pro diverſis Artificiis pro ollis vittariis & Metallis fundendis. Optimæ pro tubulis Nicotianæis ex *Nonſuch* in Surria ad *Pool* & ad inſulam Vectim in Dorſettia.

Marga, *Marle*, obſervavi ruffam, griſeam & luteam ex eodem loco. Lutea nobilis ad *Brotheton* in agro Eborac. & præſtantiſsima in Suffolcia.

Smectis ſeu terra Fullonica, *Fullers Earth*, Ex *Nutley* in Suſſexia & *Woburn Berks*, inde denominatur *Woburn earth*.

*Rutlandſhire* nomen ſortitur à terra rubra lanas ovium inficiente, eadem invenitur in valle dicta de *Red Horſe* Warwick.

*Plaſtica*, Creta, *Chalk*, ex qua album Hiſpanicum, & plurimæ pinguiores ubiq; locorum procurandæ.

Argilla

Argilla, *Clay*, pro lateribus conficiendis, & aliis uſibus. Invenitur alba, Cinerea, Cærulea, flava, rubra, &c. in agro Salop.

Agricolarum terræ plurimum variant in ſingulis regionibus.

*Marina.* Succinum, *Amber*, raro occurrit. Meminit tamen *Hector Boeth*, in Hiſt. Scot. ingentis maſſæ equo majoris inventæ in borealibus Scotiæ tractibus.

Ambragriſea, *Ambergriſe*, nonnunquam ventis & æſtu ad littus noſtrum appellit, idq; quandoq; ingenti mole, & multis in locis.

Meteororum nomina ideo adjeci ut lector in ſynopſi haberet quicquid in toto naturæ ambitu contineretur, & hic anſam, tradendi plurima quæ apud nos rariora ſunt, prehendi, unde extranei & viatores curioſi occaſionem capiant penitius examinandi, non quod vera hæc omnia eſſe aſſeruerim, (excerpſi enim pleraq; ex ſcriptoribus noſtris præſertim Camdeno) ſed ut pro re natâ viri harum rerum ſtudioſi facilius in veritatem inquirerent.

Sequuntur Meteora, ignita, viz. Ignis fatuus, *the Walking-fire, or Jack of the Lantern.* Caſtor & Pollux, Helena. Ignis lambens. Draco, Stella cadens: *Eſt ſubſtantia quædam alba & glutinoſa plurimis in locis conſpicua quam noſtrates* ſtar faln *nuncupant, creduntq; multi originem ſuam debere Stellæ cadenti hujuſq; materiam eſſe. Sed Regiæ Societati palam oſtendi ſolummodo oriri ex inteſtinis ranarum à corvis in unum locum congeſtis, quod*

aliis

*aliis etiam ejuſdem ſocietatis viri præſtantiſſimi poſtea confirmarunt.*

Fulmen, Fulgur & Coruſcatio, lapis fulmineus ex fulmine falſo oriri creditus. Procellæ, Capra, Trabs, Bolis, Faces Dolia, Clypei, ſtellæ & milites diſcurrentes, Pyramis Galaxia *quam tantum eſſe ſtellarum minutiſſimarum congeriem Teleſcopia plane detexerunt.* Cometæ, Venti & hinc terræ Motus.

Meteora aquea, *Ros*, *Mel*, Manna noſtra ex ulmi foliis. Nubes Pruina, nix quarum generationem experimentis demonſtravi in tractatulo de congelatione, Grando, nebula, Pluvia & ſanguinis quàm certiſsime conſtat eſſe tantum inſectorum excrementa, Pluvia Tritici quam nihil aliud eſſe quàm Hederæ bacciferæ grana à ſturnis devorata excretaq; comparanti liquidiſsime patet. Iris, Halo ſive Corona, Parelii Paraſelene; & Virga, ſpectra & phaſmata. Maria nobis Oceanus Britannicus, Hibernicus Caledonicus Atlanticus & Germanicus.

Fontes calidi ad Aquas Solis in agro Sommerſets, & alter ex clivis Divi Vincentii prope Briſtoliam ſingulis æſtibus demerſus, Buxtonæ in agro Darbienſi octo ex rupe erumpentes intra ſeptem ulnarum ſpatium.

Fontes Purgantes ad *Ebbeſham* in Surreia, ad *Lewſham* in Cantio, ad *Barnet* in Midleſexia, Spadani in agro Eboracenſi, prope *BurntWood* in Eſſexia, non procul *Stanes* in Bercheria, ad *Hailweſton* in Cornubia, ad *Willinborough* in Northamptonia Aquæ cujuſdam deceni ab Ex-

oni-

onia milliaribus diſsitæ meminit Ds. *Gunthorp* litteris ad me datis quæ ex ipſo fonte hauſtæ blande purgat, at inde deportata ad aliquot milliaria hanc virtutem unà cum ſapore & odore amittit. Hujus farinæ plurimi alii apud nos.

*Diuretici* ſunt Tunbrigenſes & Suſſexienſis & Eboracenſes, & ad *Newnham* regis in agro Warwicenſi cui ſi ſal admiſceatur laxat ventrem ſi ſaccharum ſiſtit alvum.

Petrificantes, Knaesburienſes in agro Eborac. ad *Egerton* prope *Lenham* in Cantia, & ad Abbatiam de *Boxley* juxta *Maidſtone*, ad *Kings-mill* ex adverſo Collegii Magdalenſis Oxonii, ad *Lutterworth* in Leiceſtria, ad *Eldenhole* in agro Darbienſi, ad *Newnham* Regis in agro Warwic. vid. Ger. emac. 1587. ad *Boughton* Northampt. cranium *Fuller*, 250. ad *Shelly* non procul *Chipping Unger* in Eſſexia, his addo puteum *Dropping well* dictum in agro Eboracenſi, & *Wockey hole* non procul à Briſtolia, ad *Tenderdon* in Eſſexia intra 5. vel 6. annos lapis manifeſte augetur, ab aqua incidente.

Salinus prope *Harwich* in Eſſexia & Lemingtonia in agro Warwic. Ex ſequentibus Sal conficitur viz. ex fontibus ad *Droitwich* in agro Wigorn. ad *Nantwich*, *Northwich*, & *Middlewich* in Ceſtrienſi, & ſal niger vulgo *Bay ſalt* excoquitur in agro Hantonienſi.

Aqua Exoticæ naturæ, viz. Aqua fluvii *Dee* non miſcetur cum palude de Bala in agro *Merioneth*, fluvius *Levenney* tranſit lacum Lynſavathan

than ſine mixtura in agro *Brecknock*. Aqua im calescit hyeme,& frigida eſt æſtate ad *Lucking-ton Hancocks* in Bercheria. Vorago juxta Petri-burgum adeo profunda & tam frigida ut nullus urinatur fundum attingere poterit,ex quo ebullit fons nunquam congelaſcens. In aqua ad *Saltaſh* in Cornub. nunquam coquuntur piſa ad molliti-em uſitatam.

Rivuli ſubterranei ſunt, *Mole* (1)talpa in Sur-reia. *Deverel* in Wiltonia per milliaris ſpatium. *Recal* juxta *Elmley* in agro Eborac. Lid. prope *Lidford* in Devonia. *Alen* in Denbienſi. *Medweg* in Cantio ramulus prope *Cockshead*, *Hans* fluviolus in agro *Stafford*. Tribus milliaribus, ſub terra cuniculos agit.

Æſtus,Puteus ad *Peak Foreſt*,non procul Bux-tona in agro Derbienſ. fluit refluitq; quater ſin-gulis horis,& alius juxta *Kilken* in *Flints*. Sta-tutis temporibus, ad *Careg* caſtrum fons obſer-vat æſtus marinos, in agro *Caermar.*, & in Cor-nubia lapis cavus in quo aqua contenta æſtus ma-rinos imitatur. In portu *Pool* Devoniens. 4ter de die. Briſtoliæ æſtus aſcendit ad 11. vel 12. ulnarum altitudinem Ad *Gigleſwick* in agroEbo-rac. Scaturigines parvæ erumpunt, jactu diſci ab invicem haud diſtantes, quarum media ſola ſin-gulis horæ quadrantibus aſcendit ad novem pol-lices in refluxu autem unciam non ſuperat. Juxta flumen *Loder* in Weſtmorlandia ſæpius de die. Puteus ad flumen *Ogmore* prope *Newton* in agro *Glamorgan* diſſitus à Sabrina plus minus mille paſſus æſtate ſingulis æſtibus exurgit ad magnam

alti-

altitudinem. Obſervandi veniunt æſtus in Sabrina & Humbro quos noſtrates *Hygras* vocant.

Catarrhactarum duorum meminerunt ſcriptores noſtri ad *Kan* prope *Kendal* in Northumbria. quorum ſi medius ſtridule magis, & altius ſonat certo expectant incolæ ſerenitatem at Auſtralis eodem ſono preſagit nebulas & pluviam. Narravit mihi Ds. *Williams* doctiſſimus Juriſperitus ſe cum aliquot ſociis judicem in itinerario ſuo Cambrobritann. comitantem obſervaſſe ex valle ſereno aere in cacumine montis nigerrimam parvamq; nubem & inde pluviam. Qui miratus hoc aſcendit montem viditq; nubem pluviamq; ortas ex Catarrhacta aquam in minimas guttulas dividente ex caſu impetuoſo. Simile quid alicubi refert incomparabilis Boylæus ſibi contigiſſe (ni fallor) in Alpibus.

Sed ut telam retexam ſtemq; promiſſis in principio operis recenſenda mihi loca celebriora in quibus arbores ſubterraneæ inveniuntur, viz. in Cornubia ad finem terræ in agris *Flints*, Pembrochienſi ubi ad littus maris tam confertæ cernuntur ut totum littus tanquam ſylva cædua apparet, in Ceſtrienſi, Cumbria & inſula Angleſey & pleriſq; locis Euro borealibus. Vocant Indicenæ, *Noah*'s *Ark*.

*FINIS.*

A Ld. Aldrovandus.
A C C. Catalogus Cantabrigienſis.
C C app. ejuſdem appendix.
C O. Catalog. Oxon.
C B. Caſpar Bauhinus.
I B. Ioann. Bauhin.
G. Gerardus emaculatus.
G. Geſnerus.
I. Ionſtonus.
M. Mouffetus.
P. Parkionus.
Pin. Pinax C B.
Turn. Turnerus.